


THOMÆ MORI  
POEMATA,  
QUIBUS PRÆMISSA SUNT  
Quædam Ipsius & Guilielmi Lilii  
PROGYNASMATA.

---

FRANCOFURTI AD MOENUM,  
Ex Officina Christiani Genschii.



# BEATUS RHENANUS


## BILIBALDO PIRCKHEIMERO,

Maximiliani Cæsaris Consiliario, & Senatori  
Norimbergensi,

S. D.

**B**elle prorsus convenire mihi visum fuit, clarissime Bilbalde, si THOMÆ MORI illius Britannia decoris Epigrammata, quæ nuper Erasmus noster Roterodamus ad me misit, tibi nominati inscriberem: siquidem multis adeo rebus similes inter vos esis. Ut ergo juris peritus, uterque cum Romane, tum Gracè doctus, uterque non in publicis modò sua civitatis functionibus versans, sed & ob singularem negotiorum explicandorum dexteritatem, & in dandis consiliis prudentiam, suo quisque Principi charissimus: ille potentissimo Britannorum Regi Henrico, tu sacratissimo Cæsari Maximiliano. Num quid de fortunis attinet commensurare, quas utrius possedit amplissimas, ut vel hoc quicquid est ornamenti, quod ex divitis accedere putatur, neutri defit, quin potius edendis virtutum, maximè liberalitatis, exemplis abunde superstite materia. Sed & uerique pater obtigit non minus literis, quam senatoria familia clarus. Itaque cum amicitia similitudo sit autor & equalitas, hanc Mori facturam tibi nuncupare congruentissimum duxi, ut quem multis alioqui nominibus amore prosequaris, de his etiam Epigrammatis impensis complectaris, ames, magnificias. Huc adde, quod nemini rectius mitti poterant hi lepidissimi lusus, quam ei, qui in hanc, quod ajunt, arenam aliquando fit descendere solitus. Nam is demum noverit, quam sit egregia res doctum epigramma, quisquis ipse fuerit suum nonnunquam ingenium in hoc exercitationis genere periclitatus. Sed enim, id quod te non latet, argutiam habeat epigramma cum brevitate conjunctam, sit festivum, & acclamatunculis, que èriphavisse Graci vocant, subinde claudatur. Quas sanè doles omnes cumulatissimè livet in his Moris epigrammatibus reperire, praesertim in his qua ipse genuit: nam in ceteris, qua è Gracis versa sunt, inventionis laus priscis tributur. Quanquam hic quoque non miaus magni fieri meretur, commodè reddens ex aliena lingua, quam scribens: labor certe vertentis sapè major. Siquidem qui scribit, liber est, & inventioni liberè vacat: at qui transfert, ad aliud subinde respicere cogitur, nimis ad id quod vertendum desumfit: quod quoties fit, multo plus sudat ingenium, quam cum suum aliquid prosignit. Utробique sanè mirus est THOMAS MORUS: nam elegantissimè componit, & felicissimè vertit. Quam flouunt suaviter hujus carmina? Quam est hic nihil coactum? Quam sunt omnia facilia? Nihil hic durum, nihil scabrum, nihil tenebrosum. Candidus est, argutus, Latinus. Porro gratissima quadam festivitate sic omnia temperat, ut nihil unquam viderim lepidius. Crediderim ego Musas quicquid usquam est jocorum, leporis salium, in hunc contulisse. Quam lusit eleganter ad Sabinum alienos pro suis tollentem liberos. Quam salse Lalum ridet, qui videri Gallus tam ambitione cupiebat? Sunt autem hujus sales nequaquam mordaces, sed candidi, melliti, blandi, & quidvis potius quam amarulenti. Focatur etiam, sed ubique citra dentem: ridet, sed citra contumeliam. Jam inter epigrammatographos Pontianum & Marullum imprimis hodie miratur Italia: at differeam, si non tantundem in hoc est natura, utilitatis verò plus. Nisi si quis inde magnopere se credit juvari, dum suam Neeram celebrat Marullus, & in multis à viris, Heraclitum quendam agens: aut dum Jovius Pontanus veterum nobis Epigrammatistarum nequicias refert, quibus nihil sit frigidius, & boni viri lectione magis indignum, ne ditam Christiani. Scilicet usque adeò vetustatem istis amulari cordi fuit: quam ne contaminarent, sic à saeculis abstinuerunt, ut à Gracis olim Pomponius Latus, ne Romana lingua castimoniam violaret, homo superstitiose Romanus. Caterum quemadmodum huius Mori ingenium ostendunt & insignem eruditissimum, sic iudicium nimis acre, quod de rebus habet, ex UTOPIA cumulatissimè eluxerit. De qua paucis obiter meminero, quod hanc accuratissimum in literis Budæus, incomparabilis ille melioris eruditissimum antistes, & ingens atque adeò unicum Galliarum decus, ita ut decebat, luculenta prefatione laudavit. Habet ea hoc genus decreta, qualia nec apud Platonem, nec apud Aristotelem, aut etiam Iustini vestri Pandectas sit reperire. Et docet minus forsitan philosophice, quam illi, sed magis Christianè. Quanquam ( audi per Musas bellam historiam ) cum hic nuper in quodam gravium aliquot Virorum confessu, Utopia mentio orta fuisset, & illam ego laudibus veherem, negabat quidam pinguis, plus habendum Moro gratia, quam Attuario cuiquam scribe, qui in curia aliorum sententias duntaxat enotet, doriphorematris ritu ( quod ajunt ) interim assidendo, nihil ipse censens: quod diceret ea omnia ex Hythlodœi ore excepta, & à Moro tantum in literas missa. Proinde Morum nullo laudandum alioqui nomine, nisi quod hac commode retulisset. Et non deerant, qui hominis iudicio, velut rectissimè sententis,

album adiucerent calculum. Αρα ε συ τατον των μωρων χαριεισμον δεχη, τοιεταις ανδραις ο τε τυχωνταις, αλλα τες δεκταις απει τοις πολλοις, κατα ταυτα θειολογις, πλανοσαντο. Postremo si hoc quoque scire cupis: Gulielmus Lilius, Moris sodalis, cum quo vertendis Gracis epigrammatibus jam olim collusit, quae Progymnasmatum titulo sunt inscripta, Britannus est, vir omnifariam dectus, non modis Graecos autores, sed & ejus nationis mores vernaculaos domesticè notos habens, ut qui in insula Rhodo fuerit aliquot annos commoratus: is nunc ludum literarium, quem Londini Coletus instituit, magna cum laude exercet. Quod supereft, cum tibi per occupationes licebit, quibus in obeundis legationibus administrandaque Republica, laboriosissime distraheris, hoc libelli in manum cape, lege, & Mero, cuius os, ut puto, nondum vidisti, sed ex scriptis jam pridem cognitum habes, fave. Bene vale clarissime vir. Basilea, VII. Cal. Martias, M.D.XVIII.



## PROGTMNASMATA

THOMÆ MORI  
& GUILIELMI LILII, Sodali.

## ΛΟΥΚΙΑΛΙΟΥ.

**M**ην δοκληπιάδης ο φιλάραυρος εἰσει  
εν δικη,  
Καὶ τι ποιεῖς, Φιστή, φίλτατε μῦ  
παρ ἐμοί;  
Ηδὺ δὲ μῆς γελάσας, μηδὲν φίλη, Φιστή, φοβιθῆς,  
Οὐχὶ τροφῆς απόδει σοι χαζύζομεν, αλλὰ μοιῆς,  
T MORI IN AVARUM.  
Murem Asclepiades ut apud se vidit avarus,  
Mus quid in ade facis, dixit, amice mea?  
Mus blandè arridens tolle, inquit, amice timorem:  
Hic ego non victim quoar, sed hospitium.

## G. LILII.

Murem Asclepiades in tecto vidit avarus,  
Et quid apud me o mus, inquit, amice facis?  
Mus ridens, inquit, nihil o verear is amice:  
Non abs te victim, sed mibi quoar domum.

## ΠΑΛΛΑΔΑ.

Πλῆτεν μὴ πλευτῶντος ἔχεις, φυχλαὶ δὲ πέντε,  
Ο τοῖς κληρονόμοις πλέστε, εοι δὲ πέντε.  
G. LILII IN AVARUM.

Divitias locupletis habes, animam sed egeni:  
Heredi o dives, sed tibi solus egens.

## T. MORI.

Divitias locupletis habes, inops tibi mens est,  
O miser heredi dives, inopsque tibi.

## ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

Αρχες αχαιμενίδες γενέμενη ποτε, γῆν δὲ μενίππες,  
Καὶ πάλιν εἴξετέρα βίσομαι εἰς ἔτερον.  
Καὶ γρῦ ἐκεῖνος ἔχειν μὲ ποτε φέτο εἴ πάλιν εἴτο.  
Οιναὶ εἰνὶ δὲ οὐλως εὔθενος, αλλὰ τύχης.

G. LILII DE POSSESSIONIBUS  
incertis.

Nuper Achamenida, sed nunc sumus arva Menippi,  
Et nunc hunc rursus, nunc alium petimus.  
Ille etenim nuper, nunc & nos alter habere  
Seputat: at nobis nil nisi casus ineft.

## T. MORI.

Nuper Achamenida fueram, nunc ecce Menippī:  
Atque alium rursus deveniam ex alio.  
Me proprium nunc iste putat, proprium ille putabat:  
Aīt ego nullius sum, nisi sortis ager.

## ΑΔΗΔΟΝ.

Σώματα πολλὰ τείφεν, καὶ σώματα πολλὰ τείγειπεν,  
Απετάπεις ποντίν εἰς ιετομοτάπη.

## T. MORI DE LUXU IMMODICO.

Multas adipiscere domos, & pascere multos,  
Est ad pauperiem semita recta quidem.

## G. LILII.

Corpora multa alere, & complures ponere sedes,  
Ipse est ad summam semita pauperiem.

## ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

Ως τεινόμενος ο σὸν ἀγαθῶν ἀπόλαυε,  
Ως δὲ βιωσόμενος, φέρεις σὸν κτείνω.  
Εἴς δὲ ἀνέρος σοφες εἴτε, δειπνοι ταῦτα νοίσας,  
Φειδοῖ, καὶ δαπανή μέτρον ἐφηρέσατο.

## G. LILII DE MODERATO SUMTU.

Divitias utare tuis, tanquam moriturus:

Tanquam victurus, parcito divitias.

Vir sapiens est ille quidem, qui bac ambo volutans  
Parcit, quique modum sumtibus applicuit.

## T. MORI.

Tanquam iam moriturus partis utere rebus:

Tanquam victurus deinde parce tuis.

Ille sapit, qui perpenitus his ritè duobus,

Parcus erit certo munificusque modo.

## ΑΔΗΔΟΝ.

Ελπίς καὶ σὺ τύχη, μέγα χαίρετε, τοιούτους εὔροι  
Οὐδὲν ἐμοὶ χ' ὑμῖν, παιζετε τὰς μετ' ὑμέν.

## T. MORI DE CONTEMPTU

fortunæ.

Ταῦτα inveni, Spes & Fortuna valete:

Nil mihi vobiscum est, ludite nunc alios.

## G. LILII.

Inveni portum, Spes & Fortuna valete:

Nil mihi vobiscum, ludite nunc alios.

## ΠΑΛΛΑΔΑ.

Γῆς ἐπίβιον γυμνός, γυμνός θεὸς γείσας απαιμι,  
Καὶ τὶ μάτιν μοχθῶ, γυμνὸν ὕμῶν τὸ τέλος.

## G. LILII DE MORTE.

Ingredior nudus terram, egredior quoque nudus,  
Quid frustra studeo, funera nuda videns?

## T. MORI.

Nudus ut in terram veni, sic nudus abibo:

Quid frustra sudo, funera nuda videns?

## ΑΔΗΔΟΝ.

Οὐνος, καὶ τὰ λοιπά, καὶ οὐδὲ κύπερον ἐξωῃ,  
Οὐχιρέων πέμπεται οὐδὲν εἰς αἰδηνό.

## T. MORI DE LUXU ET

libidine.

Si quis ad infernos properet descendere manes,  
Huc iter accelerant, balnea, vina, Venus.

## G. LILII.

Nos caligantis rapiunt ad tecta tyrannū,  
Principiti cursu, balnea, vina, Venus.

## ΠΑΛΛΑΔΑ.

Οὐχ' ἡτο βλάστει μισεῖν ὁ λέγων ἀναφανδόν,  
Οὔτε δὲ πᾶν καθαρὰ φεύδομεν. Φιλία.  
Τὸν μὴν γένος μισεῖν τοιούθες, ἐπεργένεσθα,  
Τοῦτο λέγοντες φιλεῖν, καὶ προφύλασσομεθα.  
Εχθρὸν ἐγὼ πείνω καί τοι φεύδον, ὃς ποτε λάθρη  
Τὸν δὲ τὸν φιλίον πίστιν ἔχων, ἀδικεῖ.

## T. MORI DE FICTO

amicō.

Non aquæ nocet hic, qui sese odisse fatetur,  
Atque hic qui puram singit amicitiam.  
O forem monitus fugio: fugiisse sed illum  
Quomodo qui se me singit amare, queo?  
Pessimus hic certe est inimicus, quisquis amicus  
Creditus, occulta subdolus arte nocet.

## G. LILII.

Non is tam ludit, liquide qui dixerit: odi,  
Quām qui sinceram singit amicitiam.  
Vitabis certe quem noveris esse nocentem:  
Ast illum nunquam qui tibi dixit: amo.  
Ille mihi gravis est hostis, qui clam nocuisse  
Gaudet, quique fidem fert in amicitia.  
ΕΙΣ ΔΑΚΑΙΑΝΑΝ, ΑΔΗΑΛΟΝ.

Τυμὸν ιδίσσα, λάκαινα παλίντροπον ἐπι πολέμοιο  
Παιδί οὖν εἰς πάτραν ὥκει πέρι,  
Αρτίν αἴξαστα, δι' ἄπταντο πλαστε λόγχιων,  
Αρρώνα μητράκινον Φθόνογον ἐπὶ κταμενῷ.  
Αλλότριον σπάρτας ἐπειν χύντο, ἐρρε πόθι φίδα,  
Ἐπρὶ ἐπει εἰφέντω παρσίδα, καὶ γενέτας.

## T. MORI DE MILITE

Spartano.

In patriam amissis celeri pede dum reddit armis,  
Conficiens gnatum ſeva Lacana ſuum,  
Obvia ſublata corpus tranſverberat hafſta,  
Hac ſuper occiſum maſcula verba loquens:  
Degener ὁ Spartes genus, ito in tartara tandem,  
Ito, degeneras & patria & genere.

## G. LILII.

Quum nudum ē bello gnatum remeare Lacana  
Vidit, & in patrōs accelerare lares.  
Insultans contrā, peditus trajecterat hafſta.  
Horrida in extincitum voce virago furens:  
Spartanam quando es patriam mentitus, avosque,  
Ad manes tandem degener, inquit, abi.

## ΑΓΑΘΙΟΥ.

Χωδὸς ἔχεις τὸν νῦν ὡς τὸν πόδα, καὶ γένος ἀληθῆς  
Εἰκόνα τρψὶ ἐντὸς σὺν φύσῃς ἐντὸς ἔχει.

T. MORI IN CLAUDUM ET  
stupidum.

Clanda tibi mens est, ut pes: natura notaſque  
Exterior certas interioris habet.

## G. LILII.

Tardus es ingenio, ut pedibus: natura etenim dat  
Exterius ſpecimen, quod later interius.

## ΑΔΗΑΟΝ.

Εἰ μὴν μηδεῖν ἀ δεῖ παθεῖν,  
Καὶ μὴν παθεῖν, καλὸν μὴν τὸ μαθεῖν.  
Εἰ δὲ δεῖ παθεῖν ἀ δεῖ μαθεῖν,  
Τί δεῖ μαθεῖν; παθεῖν γένεται.

T. MORI, THEOPHRASTI  
apud Aulum Gellium

dilemma.

Si ritare queas, que sunt patienda, sciendo:  
Scire quidem pulchrum, que patere, foret.

Sin que praeficeris ritandi est nulla potestas,  
Quid praeficere juvat, que patiere tamen?

## G. LILII.

Si posset casus quisquam praeficere futuros:

Et ritare simul, scire suare foret.

Si patienda tibi prorsus qua scire requiris,

Quid praeficere juvat? namque necesse pati.

## T. MORI, CARMINE JAMBICO

Trimetro.

Praeficere si queas qua oporteat pati,

Quaeſque non pati, bonum est ut praeficas:

At ſi te oporteat, licet ſcias, pati,

Praeficere quid juvat? necesse enim est pati.

## ΠΑΛΛΑΔΑ

Δίς δέ τὸν ἀδελφὸν οὐδὲ ἐπέχει τάφον ἐν γῆς ἐπίχει

Ημαράς καὶ γενέτης οἱ δύο, καὶ θαράτου.

## T. MORI, IN DUOS FRATRES,

uno &amp; natos &amp; mortuos die.

Quattuor hic tumulus fratres complectitur: ex his

Lux ſimil una duos & parit, & perimit.

## G. LILII.

Quattuor hic tumulus fratres habet: una duobus

Lux & natalis, mortis & una ſuit.

## ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ζεὺς, μύκης, ταῦρος, σάτυρος, χειροδές δι' ἔρωτος

Λιθος, εὐρώπης, ἀντιόπης, δαναΐς.

## T. MORI, DE JOVE MUTATO.

Taurus, Olor, Satyrus, ob amorem, & Jupiter au-

Europe, Ledes, Antiope, Danaes. (rum est.

## G. LILII.

Taurus, Olor, Satyrus, per amorem Jupiter aurum,  
Europe, Ledes, Antiope, Danaes.

## ΑΔΗΛΟΝ.

Ερέα τὰς μέσας φασὶν τινὲς ὡς ὀλιγάρχως

Ηνὶ δὲ καὶ σωπῶ λειβέθεν ἢ δεκάτην.

## T. MORI, IN SAPPHO.

Musas est novem referunt, sed prorsus aberrant:

Lesbica jam Sappho Pieris est decima.

## G. LILII.

Quām temerē dixerit novem quidam effeſorores

Musarum: en Sappho Lesbis adeit decima.

## ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Ἡ σάτυρος τὸν χαλκὸν ὑπέδραμψ, ἢ διὰ τέχνης

Χαλκὸς ἀνυγκασθεῖς, ἀμφιχύθη σατύρῳ.

## G. LILII, IN ΕΡΕΑΜ SATYRI

Satyram.

Aut Satyrus fusus circum dūs, aut arte coactum

Illud idem circum fusum erat as Satyro.

## T. MORI.

Prorsum admiranda dum circumflexit artē,

Aut Satyrum hoc tegit as, aut Satyro astegitur.

## E JUSDEM.

Aut iſti Satyrus jam circumflectit artē,

Aut iſto Satyrus jam circumflectit artē.

## ΕΙΣ ΑΓΑΛΜΑ ΝΙΟΒΗΣ.

Ἐν ζωῖς μὲν θεὶ τεῦχαν λίθον, ἐκ δὲ λίθοι

Ζωῖν πραξίτελης ἔμπαλιν εἰργάσατο.

## G. LILII, IN STATUAM

Niobes.

Ex vita ſaxum diu me fecere: ſed ipſe

Ex ſaxo vitam denū Praxiteles.

## T. MORI.

Diſ ex viva lapidem fecere: at quum lapis effem,

Me vivam fecit denū Praxiteles.

ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ,

Δῆμος ἀθηναῖος οὐ νεοπλόεμ' εἰκόνις τῷδε  
Τίμου ἐννοήσει, ἐνοεῖσθαι θέντα.

T. MORI, IN STATUAM  
Neoptolemi.

Cecropis urbe tota Neoptoleme hac statua ornat,  
Ut faciat, faciunt hinc amor, hinc pietas.

G. LILII.

Hoc te donarat propter pietatem & amorem  
Signo Cecropidum turba, Neoptoleme.

PROGYMNASMATUM

THOMÆ MORI,  
& GUILIELMI LILII, Sodalium.

THOMÆ MORI  
IN  
*Inaugurationem Regis & Reginæ  
CARMEN GRATULATORIUM,  
HENRICO VIII. Angliæ Regi*  
THOMAS MORUS, S.

**V**ereor, Illustrissime Princeps, dum more Virginum, quæ satis formæ suæ non fidunt, piætutæ lenocinio gratiam illepidis versiculis comparate studeo, ne eos qua maximè dote placere potuissent, id est, ipsius rei novitate, fraudatim. Nam quum illicò in præsentem coronationem tuam conscriptoseos pictori exortandos dedissem, effecit certè podagra, qua protinus quām opus inchoavít, incommodissimè tentatus est, ut eos nunc tandem, ferius aliquanto quam res postulare videbatur, exhibeam. Itaque si tecum pro insita humanitate tua liberius agi sinis, haud scio, maioremne gratiam versiculis nostris pictoris manus adjecerint, an pedes ademerint. Quippe quibus effectum est, ut mihi verendum sit, ne non minus tera, ac proinde intempestiva, videri tibi possit hæc nostra gratulatio, quām olim Tiberio Principi visa est Iliensium illa consolatio, qua eum de morte filii, jamdiu defuncti, consolabantur, quam ille faceta dicacitate delusit, respondens, le eorum quoque vicem dolere, quod bonum militem amisissent Hectorem. Verū eorum officium, ad luctum non senescentem modò, sed planè præmortuum, non potuit esse non ridiculum: meum verò ab hoc vitio vendicat immenis illa de celebri coronatione tua lætitia: quæ quuro pectoribus omnium tam efficacem sui vim ac præsentiam impresserit, ut senescere vel integra ætate non possit, effecit nimis, ut hoc meum officium non sero re peracta atque evanida, sed præsens in rem præsentem pervenisse videatur. Vale Princeps illustrissime, & (qui novus ac rarus Regum titulus est) amatissime.

IN SUSCEPTI DIADEMATIS DIEM  
HENRICI VIII.  
Illustrissimi ac Faustissimi Britanniarum Regis, ac CATHARINÆ Reginæ ejus felicissimæ,  
THOMÆ MORI,  
Londoniensis, carmen gratulatorium.

**S**i qua dies unquam, si quod fuit, Anglia, tempus,  
Gratia quo superis esset agenda tibi:  
Hæc est illa dies niveo signanda lapillo,  
Lata dies fastis annumeranda tuis.  
Meta hac servitii est, hac libertatis origo,  
Trifitiae finis, latitiaeque caput.  
Nam juvenem seculi decus ò memorabile nostri  
Ungit, & in Regem præficit ista tuum.  
Regem qui populi non unius usque sed orbis  
Imperio dignus totius unus erat.  
Regem qui cunctis lacrymas detergas ocellis,  
Gaudia pro longo substituat gemitu.  
Omnia discussis arrident pectora curis,  
Ut solet excussa nube nitere dies.

jam populus vultu liber præcurrit ameno,  
jam vix latitiam concipit ipse suam.  
Gaudet ovat, gestit, tali sibi Rege triumphat,  
Nec quicquam nisi Rex quolibet ore sonat.  
Nobilitas, vulgi jandudum obnoxia feci,  
Nobilitas, nimium nomen inane diu,  
Nunc caput attollit, nunc tali Rege triumphat,  
Et merito: causas unde triumphet, habet.  
Mercator variis deterritus ante tributis,  
Nunc mariis insuetas puppe resulcat aquas.  
Leges invalida prius, imò nocens coacta,  
Nunc vires gaudent obtinuisse suas.  
Congaudent omnes pariter, pariterque rependunt  
Omnes venturo damna priora bono.

Jam quas abdiderat tacis timor ante latebris,  
 Promere quisque suas gaudet & audet opes.  
 Jam jurat o, potuit tot furum si qua tot uncas  
 Tam circumspectas fallere præda manus.  
 Non jam divitias ullum est (magnum esse solebat)  
 Quæ sitas nullo crimen habere dolo.  
 Non metus occultos insibilat aure susurros:  
 Nemo quod taceat, quodve susurret, habet.  
 Jam delatores volupte est contemnere, nemo  
 Deserri, nisi qui detulit ante, timet.  
 Conveniunt igitur simul etas, sexus, & ordo,  
 Causaque non ullum continent ulla domi,  
 Quo minus intersint, dum sacrûs ritè peractis,  
 Rex init auspiciis regna Britanna bonis.  
 Quacunque ingreditur, studio conferta videndi  
 Vix sinit angustam turbam patere viam.  
 Opplenturque domus, & pondere recta laborant,  
 Tollitur affectu clamor ubique novo.  
 Nec semel est vidisse fatu, loca plurima mutant,  
 Si qua rursus eum parte videre queant.  
 Ter spectare juvat. Quidni hunc spectare juvaret,  
 Quo natura nihil fixit amabilius?  
 Mille inter comites excelsior omnibus extat,  
 Et dignum augusto corpore robur habet.  
 Nec minus ille manu est agilis, quam pectori fortis:  
 Seu res districto debeat ense geri,  
 Seu quem protensis avidè concurritur hastis,  
 Seu per at oppositum missa sagitta locum.  
 Ignavis oculis, Venus infidet ore, genisque  
 Est color in geminis qui solet esse rosis.  
 Illa quidem facies alacri veneranda vigore  
 Esse potest tenera virginis, esse viri.  
 Talis erat, Nympham quam se simulavit Achilles:  
 Talis, ubi Emonis Hectora traxit equis.  
 O si animi præstans una cum corpore virtus  
 Cerni, natura non prohibente, queat.  
 Imò etiam vultu virtus pellucet ab ipso:  
 Est facies animi nuntia aperta boni.  
 Quam matura gravi sedeat prudentia mente,  
 Quam non solliciti pedoris alta quies,  
 Quoque modo sortem ferat & moderetur utramque,  
 Quanta yerecunda cura pudicitie,  
 Quam tranquilla sovet placidum clementia pectus,  
 Quam procul ex illo fastus abest animo:  
 Principis egregius nostri (quas singere non est)  
 Pra se fert certas' vultus & ipse notas.  
 At qua justitia est, regnandi quas habet artes,  
 Prosequitur populum quæ pietate suum:  
 Hac facile ex vultu fuit illustris nostro,  
 Hac sunt ex nostris conspicienda bonis.  
 Quid sic afficimur, quod libertate potimus,  
 Quodque abiens timor, damna, pericla, dolor:  
 Quod redire simul, pax, commoda, gaudia, risus,  
 Eximii virtus Principis inde patet.  
 Enervare bonas immensa licentia mentes,  
 Idque etiam in magnis assolet ingenii.  
 At quamvis erat ante pius, mores tamen illi  
 Imperium dignos attulit imperio.  
 Nam bona qua pauci sera fecere senecta,  
 Protinus in primo præstis ille die.  
 Illicè correptos inclusit carcere, quisquis  
 Confilio regnum laeserat ante malo.  
 Qui delator erat, vincis constringitur arctis,  
 Ut mala qua multis fecerat, ipse ferat.

Ad mercaturas aperit mare: si quod ab illis  
 Durius exactum est ante, remisit onus.  
 Despectusque diu Magnatum nobilis ordo,  
 Obtinuit primo præstina jura die.  
 Ille Magistratus & munera publica, vendi  
 Qua suevere malis, donat habenda bonis.  
 Et versis rerum vicibus feliciter, ante  
 Quæ tulit indoctus præmia, doctus habet.  
 Legibus antiquam (nam versa exverte regnum  
 Debuerant) subito vimque decusque dedit.  
 Omnis cumque prius prorsus desiceret ordo,  
 Protinus est omnis redditus ordo sibi.  
 Quid quod in his etiam voluit rescindere quadam,  
 Ut populo possit commodius esse suo:  
 Quæ tamen ante suo novit placuisse parenti,  
 Sic patriam, ut devit, pratulit ille patri.  
 Nec miror: quid enim non Principe fiat ab illo,  
 Cuī cultum ingenui artibus ingenium est?  
 Castello quem fonte novem lavere sorores,  
 Imbuit & monitis Philosophia suis.  
 Nominibus populus multis abnoxius omnis  
 Regi erat: hoc unum pertinuitque malum.  
 At Rex hinc metui quum posset, posset & inde  
 Congererem immensas, si voluisset, opes:  
 Omnibus ignovit, securos reddidit omnes,  
 Sollicitique malum sustulit omne metus.  
 Ergo alias populi Reges timuere: sed istum,  
 Per quem nunc nihil est quod timeatur, amant.  
 Hostibus o Princeps multum metuende superbis:  
 O populo Princeps non metuende tuo.  
 Illi te metuunt: nos veneramus, amamus,  
 Illis nostrar erit, cur metuaris, amor.  
 Sic te seruum, demptoque satellite tutum,  
 Undique praefabunt, hinc amor, inde timor.  
 Extera bella quidem, coëat si Gallia Scotis,  
 Sit tantum concors Anglia, nemo timet.  
 At procul intestina aberunt certamina: nam que  
 Semina, quas causas, unde oriuntur, habent?  
 Primum equidem de jure tua tituloque corona  
 Quas filio jam non est ulla, nec esse potest.  
 Quæ certare solet jam tu pars utraque solus;  
 Nobilis hanec litem solvit uterque parens.  
 Ast magis abs te etiam est populi procul ira, tumultus  
 Impia civilis quæ solet esse caput.  
 Civibus ipse tuus tam charus es omnibus unus,  
 Ut nemo possit charior esse sibi.  
 Quid si forte duces committeret ira potentes,  
 Solveretur nutu protinus illa tuo.  
 Tanta tibi est maiestatis reverentia sacra,  
 Virtutes merito quam peperere tua.  
 Quæ tibi sunt, fuerant patrumque cuncte tuorum,  
 Secula prisca quibus nil habuere prius.  
 Est tibi namque tui Princeps prudentia patris,  
 Estque tibi matris dextra benigna tua.  
 Est tibi mens avia, mens religiosa paterna,  
 Est tibi materni nobile pectus avi.  
 Quid mirum ergo, novo si gaudeat Anglia more,  
 Cum qualis nunquam rexerat ante, regat?  
 Quid quod latitia has qua visa est non poruisse  
 Crescere, conjugio crevit adiuncta tuo?  
 Conjugio, superi quod decrevere benigni,  
 Quo tibi, quoque tuis consulueri bene.  
 Illa tibi conjunx, latus communia tecum  
 Quam vidit populus sceptra tenere tuis:

Cujus habent tantam celestia numina curam,  
Ut thalamis ornent nobilitentque tuis.  
Illa est, qua priscas vincat pietate Sabinas,  
Majestate sacras vicerit heroidas.  
Illa vel Acestes castos aquarit amores,  
Vel prompto supereret consilio Tanquil.  
Ilo ore, hoc vultu, forma est spectabilu illa,  
Que talem ac tantam sola decere potest.  
Eloquo fecunda cui Cornelia cedat,  
Inque maritali Penelopeja fide.  
Illa tibi Princeps multos devota per annos,  
Sola tui longa mansit amore mora.  
Non illam germana soror, nec patria flexit,  
Non potuit mater, non revocare pater.  
Unum te matri, te pratulit illa sorori:  
Te patria, & charo pratulit illa patri.  
Illa tibi felix populos hinc inde potentes  
Non dissolvenda junxit amicitia.  
Regibus orta quidem magnus, nihilque minorum est  
Regum, quam quibus est orta, futura parens.  
Hactenus una tui navem tenet ancora regni,  
Una: sat illa quidem firma, sed una tamen.  
At Regina tibi sexu fecunda virili  
Undique firmatam perpetuamque dabit.  
Proveniunt illi magna ex te commoda, rursus  
Ex illa veniunt commoda magna tibi.  
Non alia illa fuit certe te digna marito:  
Illa non alias conjugi dignus erat.  
Anglia thuraferas, sacramque potentius omni  
Thure, bonas mentes innocuasque manus.  
Connubium ut superi hoc, sicuti fecere, secundent,  
Ut data caelesti sceptra regantur ope.  
Utque ipsis gestata diu hac diademata, tandem  
Et natu nati gestet, & inde nepos.

### EJUSDEM, IN SUBITUM IMBREM,

qui in pompa Regis ac Reginæ largè  
obortus, nec Solem abstulit,  
nec duravit.

Dum peterent sacras Rex & Regina coronas,  
Pompa qua nunquam pulchrior illa fuit:  
Aureus explicuit late se Phœbus, eratque  
Leta dies populi consona pectoribus.  
Aet ubi jam medianam celebris pervenit in urbem,  
Tota statim ethereis pompa rigatur aquis.  
Nulla tamen Phœbi subduxit lumina nubes,  
Et minima nimbus perficit ille mora.  
Res bene contra astus cecidit, rem sive quis ipsam  
Spedit, sive omnem, non potuit melius.  
Principibus nostris uberrima tempora spondent,  
Et Phœbus radius, & Jovis uxor aquis.

### EJUSDEM, AD REGEM.

Cuncta Plato cecinit tempus qua proferat ullum,  
Sepe fuisse olim, sepe aliquando fore.  
Ver fugit ut celeri, celerique revertitur anno,  
Bruma pari ut spacio qua fuit ante, redit:  
Sic inquit rapidi, post longa volumina celi  
Cuncta per innumeratas sunt redditura vices.  
Aurea prima satra est etas, argentea post hanc,  
Ærea post illam, ferrea nuper erat.  
Aurea te Princeps redierunt Principe secula,  
O possum Vates hactenus esse Plato.

### EJUSDEM AD REGEM, DE SPECTACULIS

equestribus per eum editis, epodon Jambicum.

Quacunque Reges ediderunt hactenus  
Equestrium spectacula,  
Lugubris illa semper aliqua reddidit  
Vel calamitas insignia:  
Vel casus aliquis prospero parum fore,  
Admixtus inter ludicra:  
Aut tabido transverberati militis  
Madens barena sanguine:  
Aut lanceis ista, unguisve sonipedum  
Obrita plebs ferocium:  
Turbamve comprimens simul miserrimam  
Lapsa ruina machina.  
Verum tua bac spectacula à Rex omnium  
Que vidimus pulcherrima,  
Non ulla clades, sed tua digna indole  
Insignit innocentia.

### EJUSDEM, DE UTRAQUE

rota in unum coalita.

Purpurea vicina fuit rosa candida, utramque  
Utraque dum certant, sic prior utra, premit.  
Utraque sed florem rosa jam coalescit in unum,  
Quoque potest uno lu cadit illa modo.  
Nunc rosa consurgit, nunc pullulat una: sed omnes  
Una habet hac dotes, quas habuere dua.  
Scilicet huic uni species, decor, atque venustas,  
Et color, & virtus, est utriusque rose.  
Alterutram ergo rosam vel solam quisquis amavit,  
Hanc in qua nunc est, quicquid amat, amet.  
At qui tam ferus est, ut non amet, ille timebit,  
Nempe etiam spinas flos habet iste suas.

### IN RHETOREM INDOCTUM.

è Græco.

Quinque solœcismis donavi rhetora Flaccum,  
Quinque statim decies reddidit ille mihi.  
Nunc numero hos, inquit, paucos contentus habeo,  
Mensura accipies quando redibo Cypro.

### IN SUSPICIONEM.

è Græco.

Magnam habet in rebus vim ac pondus opinio. Non vis  
Ledere, velle tamen si videare, peris.

Sic & Philoleon quondam occidere Crotona,  
Quem falso credunt velle tyrannum agere.

### IN RHETOREM INFANTEM

scite pictum. è Græco.

Ipse facit Sextus, Sexti meditatur imago.

Ipsa est rhetor imago, ab imaginer rhetor imago est.

### IN CÆCUM ET CLAUDUM,

mendicos.

Claudipedem gestat cæcis vicinus ocellis,  
Conducitque oculos arte, locatque pedes.

### ALITER.

Cæcus claudipedem gestat, prudenter uterque  
Rem gerit: atque oculos hic locat, ille pedes.

### ALITER.

Cæcus fert claudum, atque opera conductit eadem:  
Istius ille oculos, illius iste pedes.

### ALITER.

Claudum cæcus onus grave, sed tamen utile rectat:  
Prospicit atque oculus, huic regit ille pedes.

## IDEM, FUSIUS.

*Trifis erat nimium misericors fortuna duobus,  
Huic oculos, illi dempsit iniqua pedes.  
Sors illos coplat similis, claudum rebit alter:  
Sic sua communi damna levant opera.  
Hic pedibus quovis alienis ambulat, itur  
Huic recta alterius semita luminibus.*

## IDEM, ALITER.

*Utilius nihil esse potest, quam fidus amicus,  
Qui tua damna suo leniat officio.  
Fædera contraxere simul mendicus uterque  
Cum claudio solidus cactus amicitia.  
Claudio cactus ait, collo gestabere nostro:  
Rettulit hic, oculis cace regere meis.  
Alta superborum fugit at penetralia regum,  
Inque casa concors paupere regnat amor.*

## ALITER.

*Cum claudio cactus sic lege pacificatur aqua, ut  
Hic ferat illum humeris, hunc regat ille oculis.*

## PINUS NAUTICA LOQUITUR, vento subverfa.

è Græco.

*Pinus ego ventis facile superabilis arbor,  
Stulte quid undivagam me faci ergo ratem?  
An non augurium metuere quum persequitur me  
In terra, Boream qui fugiam in pelago?*

## IDEM, ALITER.

*Ventis pinus humo sternor, quid mitter in undas?  
Jam nunc passa prius quam nato naufragium.*

## IN NAVIM EXUSTRAM.

*Jam ratis equeores oneraria fuderat undas,  
Matris at in terra deperit simbus.  
Corripitur flammis, atque ardens auxiliares  
Quas marii hostiles fugerat, optat aquas*

## CUNICULA LOQUITUR, QUAE elapsa mustelæ incidit in disposita venaturu n retia.

*Mustela lam obliquo dilapsa foramine fugi,  
Sed feror humanos hemisferia in laqueos.  
Hic ego non vitam celerem, non impetro mortem,  
Servor ut heu rabidis objiciar canibus.  
Qui mea dum lanians scelerato viscera morsu,  
Spectat, & effuso sanguine ridet homo.  
O durum genus, atque sera trunculentius omni,  
Nec cui crudellem præbet acerba jocum.*

## INNOCENTIAM OBNOXIAM esse injuria. è Græco.

*Ausus erit mordere malum vel mus, vetus hoc est  
Verbum, sed longè res habet ipsa secus.  
Innocuo audet vel mus mordere, nocentem  
Tangere non audet territus ipse draco.*

## IN EFFLATUM VENTRIS.

è Græco.

*Te crepitus perdit, nimium si ventre retentes:  
Te properè emissus servat item crepitus.  
Si crepitus servare potest & perdere, nunquid  
Terrificis crepitus regibus aqua potest?*

## DE MORTIS AEQUALITATE. è Græco.

*Victor ad Herculeas penetres licet usque columnas,  
Te terra cum aliis pars manet aqua tamen.  
Iro par moriere, obolo non dicitur uno:  
Et tua te (sed non jam tua) solvet humus.*

## IN SORDIDUM.

è Græco.

*Te dicem appellant omnes, ego plane inopem te.  
Nam facit usus opes, testis Apollophanes.  
Si tu utare tuis, tua sunt: sin tua serves  
Hæredi, tua jam nunc aliena facis.*

## VENATUS ARANEÆ.

*Insidiata vagam comprehendit aranea muscam,  
Et lentis trepidam cassibus implicituit:  
Jamque hiat in morsum. Sed sepe os inter & offam,  
Ut verbum vetus est, multa venire solent.  
Sors musca miseretur, & adversatur arachne,  
Inque malam è misera transtulit exitium.  
En stimulante fame properans invadis utramque  
Sturne; ruunt casies: hac fugit, illa perit.  
Sic misero spes est plerumque secure sub ipsa,  
Inter & aranatos mille malo metus est.*

## IN CYNICUM STULTE ABSTINENTEM. è Græco.

*Barbati Cynici, baculoque vagantis egeni,  
In cana magnam conspicimus sophiam.  
Scilicet hic raphanis Cynicus primum atque lupino,  
Ne virtus ventri serviat, abstinuit.  
At niveum postquam bulbum conspexit ocellis,  
Jam rigidum & sapiens excutit ingenium:  
Flagitat atque avidè spem præter devorat omnem,  
Virtutibulbus nil, ait, officiet.*

## EPITAPHIUM MEDICI.

è Græco.

*Theſſalus Hippocrates, Cous genere, hac jacet urna,  
Phæbi immortalis semine progenitus.  
Crebra tropæa tulit morborum armis medicina,  
Laws cui magna: nec id forte, sed arte fuit.*

## IN SERVUM MORTUUM.

è Græco.

*Hic servus dum vixit, erat, nunc mortuus idem,  
Non quam tu, Dari magne, minora potest.*

## IN ANCILLAM MORTUAM.

*Ante fuit solo Sofime corpore serva,  
Nunc fato pars est hac quoque missa manu.*

## IN PISCATOREM ADAMATUM.

è Græco.

*Pisces dum capteat pescator, divitis illum  
Nata videt, rifi flagrat amore viri:  
Deinde viro nubit. Sic illi ex paupere vita,  
Magna superbiarum copia venit opum.  
Muneris hoc nostri est, Venus inquit: verba retorquens  
Fortuna, hac nostri est munera, inquit hera.*

## IN REPENTE FELICEM E MISERO,

è Græco.

*Non tibi quod siveat, sicut fortuna levavit:  
Vel de te liqueat, vult, sibi quid liceat.*

## IN MEDIOCITATEM.

è Græco.

*Invidia est peior miseratione, Pindarus inquit,  
Felici invidiam splendida vita facit.  
At nimium miseros miseramus: dent superi ut sim  
Nec nimium felix, nec miserandus ego.  
Scilicet extremis longè mediocria prestant:  
Infima calcantur, summa repente ruunt.*

## NIHIL PRODESSE TORQUERI

metu mali venturi.

è Græco.

**Cur patimur stulti?** namque hac recordia nostra,**'Urat ut indomitus pectora nostra metus.****Seu mala non venient, jam nos metus urit inanis:****Sin venient, aliud sit metus ipse malum.**

## MONOSTICHUM IN LAUDEM POE-

matis Homerici. è Græco.

*Ipse quidem cecini, scriptus divinus Homerus.*

## IN RIDICULUM JUDICIUM.

è Græco.

**Lis agitur, surduisque reus, surdus fuit actor:****Ipse tamen iudex surdus utroque magus.****Pro adibus hic petit as, quanto jam mense peracto.****Ille refert, tota nocte mihi acta mola est.****Aspicit hos iudex: Et quid contenditis, inquit,****An non utriusque est mater? utriusque alite.**

## AD LUCERNAM NOCTURNAM.

*Lychne reversuram ter te juravit amica,**Nec redit, ô pœnas det tibi, si Deus es.**Ludenti cum nocte places, extinguere;* & aufer*Tam sacra tam sacris lumina luminibus.*

## LAIS ANUS AD SPECULUM.

è Græco.

**Nequiter arrisi tibi, qua modò gratia? amantum****Turban in vestibulis Lais habens juvenum,****Hoc Veneri speculum dico. Nam me cernere tales****Qualis sum nolo, qualis eram nequeo.**

## IN MORTIS DIEM OMNIBUS

incertum.

**Non ego quos rapuit mors, defeo, defeo vivos,****Quos urunt longa fata futura metu.**

ALIUD.

**Eleres, fissires unum tua tempora mensem;****Rides, quum non sit forsitan una dies.**

## IN APUM INDUSTRIAM.

è Græco.

**Mellis apes fluvios ipsæ sibi in aethere singunt,****Ipse quos habitant adificant thalamos.****Grata apis humana frugesque facilissima vita est,****Non bovis, aut curva falcis egebit ope.****Tantum opus hic fistula est, ubi dulcia pocula mellis****Ubertim parvo fundat ab alveolo.****Congaudete sacra, varios & pacite flores,****Ætherei volucres nectaris artifices.**

## IN ANUM FUCIS FRUSTRA

utentem.

**Sæpe caput tingis, nunquam tintura senectam,****Aut tensura genis qua tibi ruga tuis.****Define jam faciem stibio perfundere totam,****Ne persona tibi hæc sit modò, non facies.****Cum nihil assequeris fuso stibioque, quid amens****Vix tibi nunquam Hecuben hac facient Helenen.**

## IN HOMINIS NATIVITATEM.

è Græco.

**Heus homo si memor es, quid te dum gigneret egit****Tum pater, ex animo jam tumor ille cadet.****At Plato testastu dum somniat, inflat inani,****Æternumque vocat semen & aethereum.****Factus es ecce luto, quid suspicis alta? sed istud****Plasmate, qui te ornat, nobiliore feret.****Quis si vera roles audire, libidine feda****Natus es è coitu, guttula & è misera.**

## DE ASTROLOGO RIDICULO.

**Non Cumæa sacro Vates correpta furore,****Certius afflata mente futura videt:****Quam meus Astrologus divina clarus in arte****Prævidet inspecto fidere præterita.**

## ALIUD, IN ASTROLOGUM UXORIS

**impudicæ maritum.****Astra tibi aethereo pandunt se omnia Vati,****Omnibus & que sine fata futura, monent.****Omnibus ast uxor quod setua publicat, id te****Astra, licet videant omnia, nulla monent.**

## IN EUNDEM, JAMBICUM.

**O chare nobis siderum caelestium****Inspecior astris, ipse nunc Phœbus tibi****Optem libenter indicare clanculum****Quiddam, quod ad te pertinens quam maximè,****Dum cuncta a lustro, deprehendi pridie,****Quam tu redires nuper ex aula domum.****Sed territat Venus, minatur & mihi****Secundum amorem, qui nibilo secundior****Mibi sit futurus, quam fuit Daphnes prior:****Quicquam cuivis garrulus si deferam****De se marito quale detuli prius.****Nesciis ergo hoc, ceteras rerum vices****Docebo te. Nuptæ sed in rebus tue****Si quid tua non sedat ex sententia,****Hoc omnibus prius patebit, quam tibi.**

## ALIUD, IN EUNDEM.

**Quid inter alta stulte queris sidera****In humo manentis conjugis mores tuæ****Quid alta speclæ infrâ id est cui tu times?****Dum jam tu agas quid illa, queris in polo,****Hæc quæ libebat, interim egit in solo.**

## ALIUD, IN ASTROLOGUM

eundem.

**Sidera vestigias inter caelestia demens****Cur dubia semper mente, quid uxor agat?****Si nesciis qualis tibi sit, crede esse pudicam:****Quod tibi persuades, si bene, jam bene habes.****Quid cognoscere vis, quæ non nisi cognita lœdunt?****Quid fieri studio vis miser ipse tuo?****Hic furor haud dubiè est, quem jam desistere possis:****Quarere sollicitè, quod reperire times.**

## ALIUD, IN ASTROLOGUM.

**Saturnus procul est, jamque olim cæcus, ut ajunt,****Nec propè discernens à puerolapidem.****Luna verecundis formosa incedit ocellis,****Nec nisi virgineum virgo videre potest.****Juppiter Europen, Martem Venus, & Venerem Mars,****Daphnen Sol, Hycnen Mercurius recolit.****Hinc factum Astrologe est, tua quum capit uxor****amantes,****Sidera significant ut nihil inde tibi.**

## DE FORMA, DILEMMA.

**Quid forma confert, Hercules nihil cerno.****Si servreas, deformis ecce formosa est:****Sin frigeras, formosa jam sit informis.****Quid forma confert, Hercules nihil cerno.**

## DE ASTROLOGO, DE QUO

suprà.

**Sepe suam inspectis uxorem Candidus astris,****Prædicat en Vates omnibus, esse bonam.****Inspectis iterum, postquam uxor adultera fugit,****Prædictus Vates omnibus, esse malam.**

## PARÆNESIS AD VIRTUTEM

veram.

Heu miseris quicquid misero blanditur in orbe,  
Ilicet marescens, ut rosa verna cadit.  
Nec quenquam usq; adeo placidis complectitur ulnis  
Sors, ut non aliqua parte molesta premat.  
Imbibe virtutes, & inania gaudia sferne:  
Sunt animi comites gaudia vera boni.

AD CONTEMPTUM HUJUS  
vitæ.

Nos velut instabiles ventus quatit omnis aristas:  
Quilibet impellunt spes, dolor, ira, metus.  
Nil habet in rebus pondus mortalibus ullum,  
Memento pudor est, si moveare levi.

MORTEM NON ESSE METUEN-  
dam, cum sit finis malorum.

è Græco.

Non stultum est mortem matrem timuisse quietis?  
Quam fugiunt morbi, morteque pauperies?  
Sola semel miseris sece mortalibus offert,  
Nec quisquam est ad quem mors iterum rediit.  
At reliqui morbi variis, multique vicissim  
Nunc hunc, nunc illum, terg, quaterq; premunt.

IN EPISCOPUM QUENDAM  
sordidum ac perparcum.

Vita Sibyllinos mea fiduraret in annos,  
Non bonitas unquam præfatis excideret.  
Jugera multa soli locat, amplas possidet urbes,  
Centum stipatus progreditur famulis.  
Metamen exigui census, quum nuper adirem,  
Excipit, & vere comiter abequitur.  
Quin abiens nigri gustarem ut pocula vini,  
E loculo clavem liber at ipse suo.

## DE VICISSITUDINE FORTUNÆ.

è Græco.

Lubrica non servat certum fortuna tenorem,  
Sed rotat instabilem caca subinde rotam.  
Sternere summa libert, libert infima tollere, rerum  
Inque vicem nulla versere lege vices.  
Maxima quam bona sunt, jam sunt mala proxima:  
rursus (sunt).  
Maxima quam mala sunt, proxima jam bona  
Forts animo mala fer, nec bis miser esto dolore:  
Ne citò venturis præmoriri bonis.

## VITA BREVIS.

Non tibi vivacem furor est spondere senectam,  
Quum non sit vita certa vel hora tua.  
Finge age Nestorem sis perventurus in avum,  
Longa tument multa tempora fœta malis.  
Omnia ut effugias viridis quibus angituras atas,  
Tadia longa tibi curva senecta feret.  
Tu tamen ad seros (nulli quod contigit) annos  
Ut venias nullo percitus ante malo.  
Hoc tamen exiguum est, ubi nunc tot Nestoris anni?

## EXTANTO SUPEREST TEMPORE NULLA DIES.

## PATIENTIA.

Tristia qui pateris, perfer: Sors tristia solvet.  
Quod si non faciat Sors, tibi mors faciet.

VITA IPSA CURSUS AD MOR-  
tem est.

Nugamur, mortemque procul, procul esse putamus:  
At mediis latet hac abdita visceribus.  
Scilicet ex illa, qua primùm nascimur hora,  
Proruptum juncto vitaque morsque pede.

Partem aliquam furcim qua se meritur, &amp; ipsam

Surripit è vita quelibet hora tua.

Paulatim morimur, momento extingimur uno,

Sic oleo lampas deficiente perit:

Ut nihil interimat, tamen ipso in tempore mors est:

Quin nunc, interea dum loquimur, morimur.

DIVES AVARUS PAUPER EST SIBI.  
è Græco.

Divitias animi folas ego judico veras,

Qui rebus pluris se facit ipse suis.

Hunc adeò ditem, hunc opulentum ritè vocamus,

Magnarum quis sit qui videt usus opum.

Calculus at sit quem miserè numerandus adurit,

Qui miserè semper divitias cumulet:

Hic ut apes patvo crebroque foramine fosso,

Sudat in alveolo, mella aliū comedunt.

## DILEMMA EPICURI.

Dejicit miseram tibi nulla molestia mentem.

Si longa est, levis est: si gravis est, brevis est.

## CONTRA.

Dejicit heu miseram, prosternit & utraque mentem,  
Longa, nec ulla levis: nec gravis, ulla brevis.

## DE MORTE.

Somniat, hic direm qui se putat esse, videtque

Morte experrectus illico quam sit inops.

## SOLO MORS TYRANNI-

cida est.

Duriter es quicunque viris oppressus iniquis,

Spem cape: spes luctus leniat alma tuos.

Versilis in melius vel te Fortuna reponet,

Ut solet excussa nube nitere dies.

Aut libertatis vindex frendente tyranno,

Eruet injecta mors miserata manu.

Auereret hac (quo plus tibi gratificetur) &amp; illum,

Afferet atque tuos protinus ante pedes.

Ille opibus tantis, fastuque elatus inani,

Ille ferox crebris ante satellitibus.

Hic neque torvus erit, vultu nec ut ante superbo,

Sed miser, abjectus, solus, iner nū, inops.

O quid vita tibi dedit unquam tale: vicissim

Jam ridendus erit, qui metuendus erat.

## CARMEN VERSUM E CANTIONE

Anglica.

O cor triste malis miserè immersumque profundis

Rumpere: sit pœna terminus iste tua.

Sanguinolenta tua domina tua vulnera pande,

Illa brevi est, que nos dividet una duos.

Quam miser ergo diu sic heu lacrymabo, querarque?

Mors ades, &amp; tantis horrida solve malis.

## IN AMICAM FOEDIFRAGAM JOCO-

sum, versum è cantione Anglica.

Diū melius, veprē mihi hac que somnia nocte?

Tota semel mundi machina versa ruit.

Nec sua lux Phœbo constabat, nec sua Phœbe,

Iamq; tumens omnem straverat aquor humum.

Majus adhuc mirum, vox en mihi dicere visa est,

Heus tua iam paciam fregit amica fidem.

## DE CUNICULO BIS CAPTO.

E rete extrahor, è digitis in rete relabor,

Heu semel heu fugi, bis miser ut caperer.

IN VIRGINEM MORIBUS HAUD  
virgineis.

Blanda, salax, petulans, audax, vaga, garrula virgo,

Si virgo est, virgo est, bis quoque que peperit.

## IN UXORES.

Hoc quisque dicit, rebus in mortalibus  
Quod tristius sit, ac magis viros graver,  
Natura nil produxit his uxoribus.  
Hoc quisque dicit, dicit: at dicit tamen.  
Quin sex sepultis, septimam dicit tamen.

## IN EASDEM.

Res uxoris gravis est, poterit tamen utilis esse,  
Si properè moriens det sua cuncta tibi.

IN IMAGINEM DISSIMILEM.  
è Græco.

Hac tua quam nuper pinxit Diodorus imago,  
Cujusvis magis est, quam tua Menodote.

## IN EANDEM.

Sic se totum isthac expressit imagine pictor,  
Ut nullum tam sit, quam tibi dissimilis.

CHORIAMBICUM DE VITA SUAVI.  
è Græco.

Non est cura mihi Gygis,  
Qui Rex Sardibus imperat.  
Aurum non ego persequor,  
Reges non miser emulor.  
Curæ est, barba suavibus  
Unguentis mihi perfundat.  
Curo est, ut redolentibus  
Cingam tempora floribus.  
Cura sunt bodierna mī,  
Nam quis crastina noverit?  
Tornato bene Mulciber  
Argento mihi poculum  
Jam nunc effice concavum,  
Et quantum potes imbibum.  
Et fac illud ut ambiant.  
Non currus, neque sidera,  
Orion neque flebilis.  
Vites fac virides mihi,  
Botri fac mihi rideant  
Pulchro cum Dionysio.

IN MEDICUM IMPOSTOREM,  
qui guttulam facti balsami magno  
vendidit.

Febre laboranti Medicus, feret O tibi certe  
Aut nihil, aut tantum balsamus, inquit, opem.  
Sed nemo me præter habet, per paululum & ipse,  
Gutta emitur libris non minus una decem.  
Nunc mihi quinq<sub>3</sub> dabis, reliquas mihi quinq<sub>3</sub> daturus  
Sanus, ut has nunquam te moriente petam.  
Nunquam rem facies, tanto in discrimine qui vix  
Tam chara gutta ponere dimidium.  
Facta placent, minimoque è vicro & sindone recto,  
Factat petit gladii cuspidè gutta merum,  
Abluat ut vino mucronem, ager rogat: abfit,  
Inquit, adhuc libras bis gerit ille decem.  
Gutta, aie, una sat est, & erat satis: unica tantum  
Gutta potest: unam vix bibit, & moritur.  
O nimis adverso contractum fidere pactum,  
Hinc gutta, hinc vita dimidium periret.

## IN FUCATUM.

è Græco.

Tingis capillos fœmina, at quæ scis, rogas?  
Nigrifuerit, quum referres è foro.

## IN IMAGINEM MALE

reditam.

Effigie studuit tua in hac ostendere pictor,  
Expressisse queat quam tibi dissimilem.

## IN IMAGINEM BENE REDDITAM.

Hac tua tam verè facies expressa tabella,  
Ut jam non tabula hæc sit tibi, sed speculum.

## IN EANDEM.

Quam mihi monstrasti demiror Posthume pictor,

Effigiem quanta fixerat arte tuam.

Inspicit hanc quisquis, si te conspererit unquam,  
Si non artificis tangitur invidia.

Tam simile hic ovo non esse fatebitur ovum,  
Effigies hac est quam tibi dissimilis.

## IN ANGLUM, GALICÆ LINGUÆ

affactatorem.

Amicus & sodalis est Lalus mibi,

Britanniaque natus, altusque insula.

At cum Britannos Gallie cultoribus

Oceanus ingens, lingua, mores dirimant:

Spernit tamen Lalus Britannica omnia,

Miratur, expeditque cuncta Gallica.

Toga superbit ambulans in Gallica,

Amatque multum Gallicas lacernulas.

Zona, locello, atque ense gaudet Gallico,

Filtro, bireto, pileoque Gallico,

Et calceis, & subligare Gallico,

Totoque denique apparatu Gallico.

Nam & unum habet ministrum, eumque Gallicum.

Sed quem (licet velit) nec ipsa Gallia

Tractare quiret plus (opinor) Gallicè,

Stipendii nihil dat, atque id Gallicè.

Vestitusque tritis pannulis, & Gallicè hoc.

Alt' cibo parvo, & malo, idque Gallicè.

Labore multo exercet, atque hoc Gallicè.

Pugnisque crebro pulsat, idque Gallicè.

In caetu, & in via, & foro, & frequentia

Rixatur, objurgaturque semper Gallicè.

Quid? Gallicè illud? imò semigallicè.

Sermonem enim (ni fallor) ille Gallicum

Tam callet omnem, quam Latinum Psittaci.

Crescit tamen, sibiique nimurum placet,

Verbis tribus si quid loquatur Gallicis.

Aut Gallicis si quid nequit vocabulus,

Conatur id, verbis licet non Gallicis,

Canore saltē personare Gallico,

Palato hiante acutulo quodam sono,

Et foemina instar garrientis molliter,

Sed ore pleno, tanquam id impletant fabe,

Balbutiens videlicet suaviter

Pressis quibusdam literis, Galli quibus

Ineptientes abstinent, nihil secus,

Quam vulpe Gallus, rupibusque navita.

Sic ergo linguam ille & Latinam Gallice,

Et Gallicè linguam sonat Britannicam.

Et Gallicè linguam refert Lombardicam.

Et Gallicè linguam refert Hispanicam.

Et Gallicè linguam sonat Germanicam.

Et Gallicè omnem, præter unam Gallicam,

Nam Gallicam solam sonat Britannice.

At quisquis insula satus Britannica,

Sic patriam insolens fastidet suam,

Ut more simia labore fingere,

Et emulari Gallicas ineptias:

[Hb]

Ex

*Ex anno Gallus ego hunc opinor ebrium.*

*Ergo ex Britanno ut Gallus esse nititur,*

*Sic dii jubete, fiat ex gallo caput.*

### IN NICOLAUM, MALUM

*Meditum.*

*Nunc video haud rerum tantum, sed & ipsa virorum  
Nomina non temere, sed ratione dari.*

*Nicoleus nomen Medici est: qui convenit & inquis,  
Hoc potius nomen debuit esse ducis.*

*Dux populos armis vincit: sed & iste venenis  
Et populum, & fortis sternit ubique duces.*

*Sapientem bello repetunt, bis nemo rebellat*

*Huic Medico: vero est nomine Nicoleus.*

### IN IMAGINEM ELEGANTEM, sed deformissimi.

*Ipsam judice me Venerem superabat Apellis,*

*Hac tua qua visa est nuper imago mibi.*

*Pictor in hanc omnes unam consumperat artes,  
Spectari hac una quid valuit, voluit.*

*Qualis in ore decor, qui nasus, qualia labra,  
O quales oculi, qualibet ubique color.*

*Tam fuit ex omni longe pulcherrima parte,  
Quam fuit à nullā parte tibi similis.*

### IN IMAGINEM DISSIMILEM.

*Nuper ut ingredior pictoris forte tabernam,  
Effigies oculis est tua visa meis.*

*Ex te dum pictor sic exprimat omnia, vultum  
Immotum credo te tenuisse diu.*

*Sic te totum inspecta refert: intelligo cuja est,  
Protinus ut pictor retulit esse tuam.*

### IN PARCUM MORIENTEM.

*Chrysalus heu moritur dives, dolet, ingemit: unquam  
Nemo magis tristis pectora fata tulit.*

*Non quoniam ipse perit, cui nil se vilius ipso est,  
Sed nummi pereunt quattuor in tumulum.*

### IN GRAMMATICUM PUITIUM.

*Quum mibi Grammaticus mentem subit Heliodorus,  
Nostra solacismos illico lingua timet.*

### IN PROGNOSTEN RIDICULUM.

*Hoc anno in regno Rex nobilis ille quiescit  
Gallorum, celeber scripserat Astrologus.*

*Rex vix incerto vita defungitur anno,  
Jam nil se Vates quo tueatur, habet.*

*Rem quidam risu cœpit defendere, verum est  
Augurium, Rex jam nonne quievit & ait.*

*Latinus hoc verbum prorexit, & undique ridens  
Id populus, Rex jam nōne quievit & ait.*

*Audit ut in populo hoc Vates, jam serio verum est  
Augurium, Rex jam nonne quievit & ait.*

### IN VEHEMENTER NASUTUM, è Græco.

*Nunquam Procle manu nares emungere possis:  
Nam tu a nare manus, magna licet, minor est.*

*Quando foveas inclamas sternulas, quippe nec audis:*

*Tam procul ab naso prominet aure tuus.*

### IN POETAM FURIOSUM.

*è Græco.*

*Sunt etiam in Musis furiae, quibus ipse Poëta*

*Fiz, per quas temere carmina multa facis.*

*Ergo age plurima scribe precor: tibi nempe furorem*

*Non ego majorem quem precor invenio.*

### IN PERPUSILLUM. è Græco.

*Grus ne te rapiat Pygmae sanguine gaudens,*

*Si sapias, media tutus in urbe mane.*

## NEGLIGENDI VULGI RUMORES.

*è Græco;*

*Tu te ipsum obleses, & vulgi verba loquacis*

*Sperne: bene hic de te dicet, & ille male.*

### IN FATUUM. è Græco.

*Quem mordent pulices, extinguit morio lychnum,*

*Non me, inquit, cernent amplius hi pulices.*

### DE SOMNO. E GRÆCO,

*Sententia Aristotelis.*

*Fermè dimidium vita dormitur, in illo*

*Æquales spacio dives inopsque jacent.*

*Ergo Cræse tibi Regum ditisissime, vita*

*Fermè dimidio par erat Iris egens.*

### ALIUD.

*Non es, dum in somno es, dum nec te vivere sensis,*

*Felix, at somnus non veniat, miser es.*

*Qui felix igitur sorte indulgente superbit,*

*Inflatusque levi prosperitate sumet:*

*Nox quo: es venit, aut roties jam definit esse*

*Felix, aut roties incipit esse miser.*

### QUID INTER TYRANNUM

*& Principem.*

*Legitimus immannissimis*

*Rex hoc tyrannus interest:*

*Servos tyrannus quos regit,*

*Rex liberos putat suos.*

### SOLLICITAM ESSE TYRANNI

*vitam.*

*Magna diem magnis exhaustit cura tyrannus,*

*Nocte venit requies, si tamen ulla venit.*

*Nec tamen hi pluma requiescent mollius ulla,*

*In dura pauper quam requiescit humo.*

*Ergo tyranne tibi hac pars felicissima vita est,*

*In qua mendico par tamen esse velis.*

### BONUM PRINCIPEM ESSE

*patrem non Dominum.*

*Princeps pius nunquam carabit liberis,*

*Totius est regni pater.*

*Princeps abundat ergo felicissimus,*

*Tot liberis, quot civibus.*

### DE BONO REGE ET

*populo.*

*Totum est unus homo regnum, idq; coheret amore:*

*Rex caput est, populus catena membra facit.*

*Rex quot habeat cives ( dolet ergo perdere quenquam )*

*Tot numerat partes corporis ipse sui.*

*Exponit populus se pro Rege, putatque*

*Quilibet hunc proprii corporis esse caput.*

### BONA NON COGNOSCI, NISI

*dum amittuntur.*

*Perdendo bona nostra ferre cognoscimus omnes,*

*Dum possidemus, spernemus.*

*Sic populo quoque saepe malus, sed sero benignum*

*Commendat hares Principem.*

### TYRANNUM IN SOMNO NIHIL

*differre à plebejo.*

*Erigit ergo tuas insane superbis cristas,*

*Quod flexo curvet se tibi turba genu,*

*Quod populus nudo surgat tibi vertice, quod sit*

*Multorum in manibus vitaque, morsque tuis.*

*At somnus quoties artus adstringit inertes,*

*Hac tua jam toties gloria dic ubi sit?*

*Tunc ignave jaces truncu non impar manu,*

*aut paulo functis ante cadaveribus.*

*Quod*

# EPIGRAMMATA.

243

*Quod nisi conclusus timide intra tecta lateres,  
In cuiusque foret jam tua vita manu.*

**DE PRINCIPE BONO ET MALO.**

*Quid bonus est Princeps? canis est custos gregis, inde  
Qui fugat ore lupos, quid malus: ipse lupus.*

**IN RAPTOREM ET PATRONUM.**

*Raptam se queritur virgo, crimenque negari  
Non potuit. Raptor jam periturus erat.*

*Callidus at subito patronus protrahit ipse  
Membrum deducta veste virile ret.*

*Hoccine virgo tua membrum fuit, inquit, in alvo?  
Illa verecundo moto a pudore negat.*

*Vicimus & Iudex, clamat Patronus, ea ipsa est:  
Id negat en fine quo se negat ipsa rapi.*

**IN FUREM ET PATRONUM.**

*Dum furti metuit damnari Clepticus, amplio  
Non sine consuluit munere causidicum.*

*Hic ubi sepe diuque immensa volumina volvit,  
Spero, ait, effugies Cleptice, si fugias.*

**IN ASTROLOGUM QUI FACTUM**  
*prædictum, è Græco.*

*Sæpe patri frater quod debuit esse superstes,  
Hoc velut uno omnes Astrologi ore canunt.*

*Ait Hermocleides obiturum præ patre solus  
Dixit: sed dixit, postquam obiisse videt.*

**IN HUJUS VITÆ VANITATEM.**

*Damnati ac morituri in terra claudimur omnes  
Carcere, in hoc mortem carcere nemo fugit.*

*Carceris in multas describitur area partes,  
Inque aliis aliis partibus adificant.*

*Non aliter quam de regno de carcere certant,  
In caco cupidus carcere condit opes.*

*Carcere obambulat hic vagus, hic vincitur in antro,  
Hic servit, regit hic: hic canit, ille gemit.*

*Jam quoq; dum carcer non tanquam carcer amat:br/>Hinc alii alii mortibus extrahimur.*

**REGEM NON SATELLITIUM, SED**  
*virtus reddit totum.*

*Non timor invisus, non alta palatia Regem,  
Non compilata plebe tueruntur opes.*

*Non rigidus vili mercabilis are satelles  
Qui sic alterius fieri, ut hujus erat.*

*Tatus erit populum qui sic regit, utiliorem  
Ut populus nullum censeat esse sibi.*

**POPULUS CONSENTIENS RE-**  
*guum dat & aufert.*

*Quicunque multis vir viris unus praest,  
Hec debet his quibus praest:*

*Præesse debet neutiquam diutius,  
Hi quam volent quibus praest.*

*Quid impotentes Principes superbiunt?  
Quod imperant precario?*

**IN PERPUSILLUM.**  
*è Græco.*

*Ex atomis Epicurus totum fabricat orbem,  
Alchime, dum nihil his credidit esse minus.*

*Ex te seciserit, situm Diophante fuisse,  
Nempe atomis multo es tu Diophante minor.*

*Aut forte ex atomis jam cetera scriberet esse,  
Ait ipsas ex te scriberet esse atomos.*

**IN AMOREM CASTUM ET IN-**  
*cestum. è Græco.*

*Hi duo destruxere duos, incestus & almus:  
Dum contraria occurruunt, hinc amor, inde pudor.*

**Phrædrum amor Hippolyti consumferat igneus, ipsum**  
*Intermitque sacer prob pudor Hippolytum.*

**IN URBEM ROMAM. è Græco.**

*Gradivus Hector arc, si quid sub humo audis,  
Respira, & patria nomine cresce tue.*

*Illi os urbs colitur, nunc inclita gens colit illam,  
Quam tu Marte minor, Martis amica tamen.*

*Myrmidones periere, ades & dic Hector Achilli,  
Esse sub Aeneadis undique Thessaliam.*

**DE MEDIOCRI TATE. è Græco.**

*Ingratum est quicquid nimium est. Sic semper ama-*  
*rum est,*

*Ut verbum vetus est, mel quoque si nimium est.*

**IN VEHEMENTER INFELICEM.**

*è Græco.*

*Nunquam vixisti & pauper, nunquam morieris.  
Nemper miser visus vivere mortuus es.*

*At quibus immensa est fortuna, pecunia multa,  
Hic vita finem mors aliquando facit.*

**IN PYTHAGORÆ ECHEMYTHIAM.**

*è Græco.*

*Rebus in humanis magna est doctrina tacere,  
Talis erit sapiens hic mihi Pythagoras.*

*Nempe loqui doctus, reliquos docet ille tacere,  
Magnum hoc ad requiem pharmacon inveniens.*

**RIDICULUM IN GELLIAM.**

*Quid modo sectorum miremur monstrorum priorum,  
Quod loquitur taurus, quod cadit imbre lapis?*

*Monstra antiqua novum superat, surrexerat ecce  
Ante tenebrosum Gellia resper heri.*

*Plus dicturu eram, nisi me ridere putares:  
Surrexit medium sed tamen ante diem.*

*Mirabilis sapientia illa tamen videre priores,  
Sæpe potest forsitan cernere posteritas.*

*Istud at bestiarum nemo unquam viderat ante,  
Et post hanc poterit nemo videre diem.*

**IN PALLADEM VENEREMQUE.**

*è Græco.*

*Curita meladis Venerem Tritonia virgo,  
Corripis in digitos cur mea dona tuos?*

*Scilicet Idæus memor esto in rupibus olim,  
Me, non te, pulchram censuit esse Paris.*

*Hasta tua est, ensisque tuus: mihi vendico malum,  
Mars modo sit malo pristinus ille satu.*

**VITAM HOMINIS ESSE NIHIL.**

*Nos tenuem strictis spirantes aera fibris  
Vivimus, & Phœbi lampada conspicimus.*

*Quotquot vivimus hic, sumus omnes organa, sed que  
Vivificis animat flatibus aura levius.*

*Quod tua si tenuem restringat palma vaporem,  
Eripiens animam miseris usque stygem.*

*Sic sumus ergo nihil. Plutoni pascimur omnes,  
E flatu minimo nos levius aura sovet.*

**IN PUGIONEM HEBETEM HEBETIS.**

*è Græco.*

*Plumbus hic mucro tuus est obtusus, hebesque,  
Muero aciem ingenii fert tuus iste tui.*

**DE GLORIA ET POPULI JUDICIO.**

*Maxima pars hominum fama sibi plaudit inani,  
Atque levius vento fertur in astra levius.*

*Quid populis tibi voce places? sæpe optima cœsus  
Dat virtus, & temere deteriora probat.*

*Sollicitus pendes alieno semper ab ore,  
Ne laudem cerdo quam dedit, eripiat.*

## AD CANDIDUM, QUALIS

Uxor deligenda.

Fors tamen irridet, quo tu laudante superbis:  
Ex animo laudet, laus tamen illa fugit.  
Quid tibi fama facit? tota lauderis ab orbe,  
Articulus doleat, quid tibi fama facit?

RIDICULUM, IN  
Ministrum.

Musca è cratere tulit conviva priusquam  
Ipse bibit, reddit rursus, ut ipse bibit.  
Addidit & causam: musca ego non amo, dixit,  
Sed tamen è vobis nescio num quis amet.

## DE CANE VENANTE.

Oscani implet anas, alium capturus habebat,  
Non capie: at quam jam coperat ore, fugit.  
Sic miser interea dum rem captas alienam,  
Sepius & merito perdis avare tuam.

CANIS IN PRÆSEPI,  
avatus homo.

In presepe canis fœno nec vescitur ipse,  
Nec sinit ut fœnum qui cupit edat equus.  
Servat avarus opes, opibus non uititur ipse,  
Atque alios uti qui cupiunt, prohibet.

IN ORESTEM PARANTEM OCCI-  
dere matrem. è Græco.

Qua gladium intrudes per ventremne, anne papillæ?  
Te peperit venter, te lactavere papilla.

QUOD PAUCIS ORANDUS  
DEUS.

Da bona siue rogere Deus, seu nulla rogere:  
Et mala siue rogere nega, seu nulla rogere.

IN DIGAMOS.  
è Græco.

Qui capie uxorem defuncta uxore secundam,  
Nausfragis in tumido bis natat ille freto.

DE SOMNO AÉQUANTE PAU-  
perem cum divite.

Somne quies vita, spes & solamen egenis,  
Divitibus noctu quos facis esse pares.  
Tristia demulces Lethæo pectora rore,  
Excitus & sensum totius inde mali.  
Lata benignus opes inopi per somnia miris.  
Quid falsas rides dives opes inopis?  
Divitibus vere curas, tormenta, dolores,  
Pauperibus false gaudia vera ferunt.

IN DEFORMEM ET IMPROBUM.  
è Græco.

Pingere difficile est animum, depingere corpus,  
Hoc facile est: in te sunt tamen ambo secus.

Nam pravos animi mores natura revelans,  
Fecit ut emineant undique perspicui.

sed forma portenta tua deformatia membra  
Quis pingat? quando hoc cernere nemo velit?

IN CAPPADOCEM VIRULENTUM.  
è Græco.

Vipera Cappadocem mordens mala, protinus hausto  
Tabusico perit sanguine Cappadocis.

IN STATUAM FERREAM.  
è Græco.

Issigiem statuere tibi Rex perditor orbis  
Ex ferro, ut longè vilis are foret.  
Hoc fecerit: fames, cedes, furor, eris egestas,  
Hac tua, quis omnes perdit? avaritia.

Jam tempus id petit  
Monetque Candide,  
Vagis amoribus  
Tandem renuncies,  
Tandemque desinas  
Incerta Cypridis  
Sequi cubilia:  
Quarasque virginem,  
Quam ritè jam tibi  
Concorde vincias  
Amore conjugem,  
Qua jam genus tuum,  
Quo nil beatius,  
Fœcunda dulibus  
Natis adaugeat.  
Pater tibi thus  
Hoc antè prestitit.  
Quod à prioribus  
Præus recuperis,  
Non absque fœnore  
Repente posferis.  
Non sit tibi tamen  
Hac cura maxima,  
Speculae Candide  
Quid doris afferat,  
Quam siue candida.  
Infirmus est amor,  
Quem stultus impetus  
Decore concitus  
Parit, vel improbus  
Ardor pecunia.  
Quisunque amaverit  
Propter pecuniam,  
Amatur huic nibil  
Præter pecuniam:  
Capta pecunia  
Vanescit illico,  
Item fugax amor,  
Fereque jam prius  
Perit quām nascitur,  
At nec pecunia,  
Quam avarus antea  
Misér cupiverat,  
Juvaré postea  
Quicquam potest, ubi  
Quam non amaverit  
Invitus: attamen  
Omnino cogitur  
Tenere conjugem. (hec  
Quid forma & numquid  
Vel febre decidit &  
Annisve deperit &  
Ut Sole flosculus,  
Tum desuentibus  
Genæ coloribus  
Amor, ligaverant  
Quem hac sola vincula,  
Solutus aufugit.  
At verus est amor,  
Quem mente perspicax,  
Ratione consule  
Prudens inuerit:

Et quem bono omne  
Virtutis inclita,  
(Quæ certa permanens  
Non febre decidit,  
Annisve deperit)  
Respectus efficit.  
Primū ergo quam voles  
Amice ducere,  
Quibus parentibus  
Sit orta perfice:  
Ut mater optimis  
Sit culta moribus,  
Cujus tenellula  
Mores puellula  
Insugat, exprimat.  
Tum qua sit indole,  
Quām dulcis, hoc ridez  
Ut ore virginis  
In sit serenitas,  
Ab ore virginis  
Abstegue corvitas.  
At rursus ut tamen  
Sit in genü pudor,  
Nec ore virginis  
In sit procacitas:  
Et sit quieta, nec  
Cingat salacibus  
Viros lacertulæ.  
Vultu modesta sit,  
Nec spectet undique  
Vagis ocellulis.  
Proculque stulta sit  
Parvæ labellulæ  
Semper loquacitas:  
Proculque rusticum  
Semper silentium.  
Sit illa vel modo  
Instructa literis,  
Vel talis ut modo  
Sit apta literis.  
Felix, quibus bene  
Prisea ab optimis  
Possit libellulæ.  
Vitam beatia.  
Haurire dogmata.  
Armata, cum quibus  
Nec illa prosperis  
Superba turgeat,  
Nec illa turbidis  
Misella lugeat  
Prostrata casibus,  
Fucunda sic erit (erit  
Semper, nec unquam  
Gravis, molestare  
Vite comedere.  
Quæ docta parvulos  
Docebit & tuos  
Cum lacte literas  
Olim nepotulos.  
Jam te juvarerit  
Viros relinquere,  
Doctaque conjugis

Sinu quiescere,  
 Dum grata te foveat,  
 Manuque mobili:  
 Dum plectra personant,  
 Et voce (qua nec est  
 Progne sororcula  
 Tua suavior)  
 Amena cantilat,  
 Apollo qua velit  
 Audire carmina.  
 Nam te juvaverit  
 Sermone blandulo,  
 Docto tamen, dies  
 Noctesque ducere.  
 Notare verbula  
 Mellita maximis  
 Non absque gratias  
 Ab ore melleo  
 Semper fluentia:  
 Quibus coercent,  
 Si quando te levet  
 Inane gaudium:  
 Quibus levaverit,  
 Si quando deprimat  
 Te moror anxius:  
 Certabit in quibus  
 Summa eloquentia  
 Nam cum omnium gravi  
 Rerum scientia.  
 Talem olim ego putem,  
 Et vatis Orphoi  
 Fuisse conjugem,  
 Nec unquam ab inferis  
 Curasset improbo  
 Labore feminam  
 Referre rusticam.  
 Talemque credimus  
 Nasonis inclytam,  
 Quae vel patrem queat  
 Equare carmine,  
 Fuisse filiam.  
 Talemque suspicor  
 (Qua nulla carior  
 Unquam fuit patri,  
 Quo nemo doctior)  
 Fuisse Tulliam.  
 Talisque, quæ tulit  
 Gracchos duos fuit,  
 Quæ quo tulit, bonis  
 Instruxit artibus:  
 Nec profuit minus  
 Magistra quæcumque parens.  
 Quid præsa sacula  
 Tandem revolvimus?

## RIDICULUM, IN MINACEM.

Thrafonis uxorem bubulcus rusticus  
 Absente eo vitiaverat.  
 Domum reversus miles ut rem comperit,  
 Armatus & ferus inflit.  
 Tandem asecutus solum in agris rusticum,  
 Heu clamat heus heus furcifer.  
 Restat bubulcus, saxaque in sinu legit,  
 Ille ense stricto clamitat,

Ut cuncte rusticum,  
 Unam tamen tenet  
 Nostrumque virginem,  
 Tenet, sed unicam,  
 At sic ut unicam  
 Plerisque praferat:  
 Cuique conferat  
 Ex his fuisse, qua  
 Narratur omnibus  
 Tot retrò faculis,  
 Quæ nunc & ultimam  
 Monet Britanniam  
 Perlata pennulis  
 Fama volucribus,  
 Laus atque gloria  
 Orbis paedula  
 Totius unita,  
 Ac non modo sua  
 Cassandra patria.  
 Dic ergo Candide,  
 Sit talis & tibi  
 Puella nuberet.  
 Quales ego tibi  
 Suprà recensui:  
 Desit licet queas  
 Formam requirere,  
 Dotive quo parum  
 Lucrere conqueri.  
 Hic sermo verus est,  
 Quæcunque sit, satis  
 Est bella que placet  
 Nec quisquam habet  
 magis,  
 Quam qui sibi satis  
 Quodcumq; habet, putat.  
 Si nunc me amet mea,  
 Ut nil ego tibi  
 Amice mentiar.  
 Cuicunque gratiam  
 Forma negaverit  
 Natura virginis:  
 Certè licet fieri  
 Carbone nigrior,  
 Foret tamen mibi hac  
 Virtutis indole  
 Olore pulchrior.  
 Cuicunque lubrica  
 Dotem negaverit  
 Fortuna virginis:  
 Certè siet licet  
 Vel Iro egentior,  
 Foret tamen mibi hac  
 Virtutis indole  
 Te Cræse ditor.

Tu conjugem meam attigisti carnifex?  
 Respondit imperterritus,  
 Feci. Fateris? inquit. At ego omnes Deos  
 Deasque testor ô scelus,  
 In peccatum hunc ensem tibi capulotenus,  
 Ni fassus es, abderem.

DE MEDIOCITATE.  
è Græco.

Agros ego haud porrectiores appeto,  
 Non auream aut Gygis beatitudinem,  
 Quæ sit satis sibi, vita sat eadem est mihi.  
 Illud nihil nimis, nimis mihi placet.

## HECTOR MORIENS. E GRÆCO.

Projicitote meum Danaï post fata cadaver.  
 Nam metuunt leporis occisi membra leonis.

## IN STULTUM POETAM.

Scripserat Æneam nulli pietate secundum,  
 Vates secundus nemini.  
 Quidam igitur Regem dum vult laudare, Maronem  
 Pulchram emulatus scilicet,  
 Hic, hic est, inquit, Princeps cui nemo secundus.

Hac laude Rex indignus est,  
 Ipse sed est Vates dignissimus: ergo age demus  
 Utique laudem debitam.

Hic, hic est igitur Vates, cui nemo secundus,  
 Rex qui secundus nemini.

IN QUENDAM QUI SCRIPSERAT  
 Hymnos de divis, parum docte, testatus in  
 Præfatione, se ex tempore scripsisse, nec servasse  
 leges carminum, & argumentum non te-  
 cipere eloquentiam.

Hic sacer Andrea cunctos ex ordine fastos  
 Perstringit mira cum brevitate liber.

Ipsos quos cecinit superos, dum scriberet omnes,  
 Credibile est vari consuluisse suo.

Non subiò scriptis, sed sic, ut scribere posset  
 Quantumvis longo tempore non melius.

Et pia materia est præcisque intactus ab ipsis,  
 Servatus fato est huic operi iste stylus:

Seque quod ad numeros non anxius obligat omnes,  
 Hoc quoque non vitio, sed ratione facit.

Majestas operis metro esse obnoxia non vult,  
 Nempe ibi libertas est, ubi spiritus est.

Ipsa operis pietas indocto sufficit: at tu

Castilio quisquis fonte bibisse soles,  
 Singula si trutines, erit hinc tibi tantu voluptas,

Quanta tibi ex alio non fuit ante libro.

## IN STRATOPHONTA PUGILEM

ignavum. è Græco.

Dux Ithacus patria bis denos abfuit annos,

Quum rediit, celeri cognitus usque canis est.  
 Te pugil O Stratophon, certantem quatuor horas,

Et canis & populus dediduire simul.  
 Quin etiam speculum de te si consulis ipse,

Paratus Stratophon te Stratophonta neget.

## IN PUGILEM IGNAVUM.

è Græco.

Nefimus ecce pugil Vatum consultat Olympum,  
 An ventura sibi sera senecta foret.

Fors rudedonatus vives, ait ille: minatur  
 Certanti gelidus sed tibi falce Deus.

## IN PARASTUM. è Græco.

Stare putas stadio Eutichydes quum curreret, at quum  
 Curreret ad canam, nempe volare putas.

IN BIBONEM. E GRÆCO.  
*Serta, unguenta, meo ne gratificare sepulchro,  
 Vina, focus, lapidi sumptus inanis erit.  
 Hac mibi da rivo; cineres misere falerno,  
 Nempe luctum facere est, non dare vina mibi.*

IN BIBONEM. E GRÆCO.  
*E terra genitus, sub terram morte recondar:  
 Ergo lagenæ mibi terrea plena veni.*

IN MULIEREM FOEDAM.  
 è Græco.

*Te speculum fallit; Speculum nam Gellia verum  
 Si semel inspiceres, nunquam iterum inspiceres.*

IN FOEDAM. E GRÆCO.  
*Fugerit ad Parthos, vel ad Herculis usque columnas,  
 Vix semel, postis vestibus, Antipatra.*

IN FOEDAM. E GRÆCO.  
*Qui miser uxorem deformem duxit, habebit  
 Vesperi, jam accenso lumine, adhuc tenebras.*

IN BARBA TANTUM PHILOSOPHUM. è Græco.

*Si promissa facit sapientem barba, quid obstat,  
 Barbatus possit quin caper esse Plato?*

DE LICENTIA.  
*Ultra concessos indulta licentia fines  
 Provehitur celeri, non revocanda, gradu.*

*Si patiare, pedem calcet tibi vesperæ conjux,  
 Calcabit surgens hæc tibi mane caput.*

EPITAPHIUM ABYNGDONII  
 Cantoris.

*Attrabat hic oculos, aures attraxerat olim  
 Nobilis Henricus Cantor Abingdonius.*

*Unus erat, nuper mira qui voce sonaret,  
 Organæ quis cœtè tangeret, unus erat.*

*Vellensis primo templi dëcus, inde facellum  
 Rex illo voluit nobilitare suum.*

*Nunc illum Regi rapuit Deus, intulit astris,  
 Ipsius ut nova sit gloria cœlitibus.*

ALTERUM DE EODEM.

*Hic jacet Henricus, semper pietatis amicus,  
 Nomen Abingdon erat, si quis sua nomina querat.  
 Urellis hic Ecclesia fuerat succendor in alma,  
 Regis & in bella Cantor fuit ipse capella.  
 Millibus in mille Cantor fuit optimus ille,  
 Prater & hac ista, fuit optimus orgaque nista.  
 Nunc igitur Christi quoniam tibi servii iste,  
 Semper in orbe soli, da sibi regna poli.*

IN JANUM HÆREDEM  
 Abyngdonii.

*Scripti elegum carmen, Jano me hærede rogante,  
 Quod tumulum Henrici signet Abingdonii.  
 Displacet, & docti bene displiciuissent. At illi  
 Displacet hoc tantum, si quid inest melius.  
 Non resonant isti versus, ait. Illici sensi,  
 Quales lactucas talia labra petant.  
 Ridendos ergo ridens effutio versus.*

*Hos vorat applaudens Janus utraque manu.  
 Hosti nullo insculpsit, sub eundem protinus obdi,  
 Atque iisdem dignus versibus, ipse legi.*

*Ante retroque bifrons Janus Deus omnia vidit,  
 Talpa, effrons videt hic Janus utrinque nihil.*

AD AULICUM.

*Sæpe mihi jačtas faciles te ad Principis aures  
 Libere & arbitrio ludere saper tuo.*

Sic inter domitos sine noxa sape leones  
*Luditur, ac noxa non sine sape metu.  
 Infremit incerta crebra indignatio causa,  
 Et subito mors est, qui modo ludus erat.  
 Tuta tibi non est, ut sit secura voluptas:  
 Magna tibi est, mibi sit, dummodo certa, minor.*

IN TYNDALUM DEBITOREM.

*Ante meos quām credideram tibi Tyndale nummos,  
 Quam libuit, licuit te mibi sape frui.  
 At nunc si tibi me fors angulus offerat ullus,  
 Haud secus ac viso, qui pavet, angue, fugis.  
 Non fuit unquam animus, mibi crede, reposcere  
 nummos:*

*Non fuit: at ne te perdere cogar, erit.  
 Perdere te salvo nummos volo, perdere atrumque  
 Nolo, sat alterutrum sit perisse mibi.  
 Ergo tibi nummis, aut te mibi redde, retentis:  
 Aut tu cum nummis te mibi redde meis.  
 Quod tibi si neutrū placet, nummi mibi saltem  
 Fac redēant: at tu non rediture, vale.*

IN MENDICUM GERENTEM  
 se pro Medico.

*Tu te fers Medicum, nos te plus esse fatemur,  
 Una tibi plus est litera, quām Medico.*

IN UXOREM IMPUDICAM.  
*Est fœcunda mei, fœcunda est uxor Arati,  
 Nempe suo genuit ter sine fœta viro.*

IN PERPUSILLUM.  
 è Græco.

*Ut fugeret misera Diophantus tertia vita,  
 Uſus Arachneo est flamine pro laqueo.*

DE PUELLA, QUÆ RAPTUM  
 finxit.

*Conspiceret solam juvenis cum forte puellam,  
 Et sibi oportunum crederet esse locum.*

*Improbus invitam cupidis amplectitur ulnis,  
 Basiaque & plus quām basia ferre parat.*

*Illa reluctata est, legemque irata minatur,  
 Qua miser, effuso sanguine, raptor obit.*

*Institit ille tamen juvenili ardore protervus,  
 Nunc precibus fatagit, nunc superare metu.*

*Non precibus, non illa metu superata reclamat,  
 Calce petit, mordet dente, manuque ferit.*

*Ira subit juvenem jam pœnè libidine major,  
 Et ferus, O demens siccine pergit? ait.*

*Per tibi ego hunc ensim iuro, simul extulit ensim,  
 Commoda ni jaceas, ac taceas, abeo.*

*Illico succubuit tam tristi territa verbo:*

*Atque ag, sed quod agis, vi tamen, inquit, agis.*

IN CHRYSALUM.

*Chrysalis in sylvis loculos quum conderet, hasit,  
 Certa loci possent qua sibi signa capi.*

*At super ut summa raucum videt arbore corvum,  
 Hic mibi conspicua est, inquit, abitque, nota.*

*Capti sola scopi redeuntem copia lusit:*

*Nam sua iam in quavis arbore signa videt.*

IN ASTROLOGUM.

*Dum tua quos nosfer celebrat pro vatibus error,  
 Fata crient positu sideris Astrologi:*

*Hec dum stellæ favet, dumque hac tibi stellæ minatur,  
 Pendula mens inter spemque metumque tua est.*

*Prospera seu venient, venient reticentibus illis,  
 Aſſolet & subitum latius esse bonum.*

Seu venient adversa, diu necire juvabit,  
Usura & mediu temporis usque frui.  
Quin jubeo fatis etiam prohibentibus ipsis,  
Eas tibi mens hilares transfigat aqua dies.

## IN CRUCE DIGNUM.

e Græco.

Mastauron Elementa tibi duo subtrahe prima,  
Nemo te reliquis dignior esse potest.

E GRÆCO.

Fortis erat bello Timocritus, hic jacet ergo,  
Fortibus haud parcis Mars fere, sed timidis.

E GRÆCO.

Ista Neoclida gnatos habet urna gemellos:  
Servitio hic patriam liberat, hic virtutem.

## AD QUENDAM CUI UXOR.

mala domi.

Oxor amice tibi est semper mala: quum male tractas,  
Fit peior: sed sit pessima, quando bene.  
Sed bona si moriatur erit, melior tam id si  
Te faciat vivo: ast optima, si properè.

DE NAUTIS EJICIENTIBUS MONA-  
chum in tempestate, cui fuerant confessi.

Cum tumida horrisonis insurgeret unda procellis,  
Et maris in lassam ferveret ira ratem:

Relligio timidis illabitur anxia nautis,  
Heu parat, exclamant, hoc mala vita malum.

Vectores inter Monachus fuit, bujus in aurem  
Se properant vitii exonerare suis.

Ast ubi senserunt nihil fibi mitius aquor,  
Sed rapido puppim vix superesse fredo;  
Quid miri est, ait unus, aqua si vix ratis extat,

Nostrorum scelerum pondere adhuc premitur.  
Quin Monachum hunc, in quem culpas exhaustimus

omnes,

Exicite, & secum hinc criminis nostra ferat.  
Dicta probant, rapiuntque virum, simul in mare  
torquent,

Et lintrem levius quam prius esse ferunt.

Hinc, hinc quam gravis est peccati sarcina, disce,  
Cuius non potuit pondera ferre ratis.

AD CANDIDUM, PAROCHIUM  
virtue improbae.

Factus es o populi Pastor mi Candide magni:  
Ter tibi, terque tuo gratulor ergo gregi.

Aut mihi judicium minuit favor, aut tuus usquam  
Non poruisti talem grex habuisse parrem.

Non tibi vanarum est fastosa scientia rerum,  
Quippe nec in populum est utilis illa tuum.

At rara tibi sunt virtutes, sic tibi raros  
Patribus ex prisca credo fuisse pares.

Quid faciant fugianive tui, quo cernere possint,  
Vita porest claro pro speculo esse tua.

Tantum opus admonitu est, ut te intueantur, & ut tu  
Qua facias, hac fugiant: qua fugis, hac faciant.

E GRÆCO.

Naufragus haec firus est, jacet illa rusticus urna,  
Ad stygæ sive solo per via, sive salo.

IN POSTHUMUM EPISCOPUM.  
Præfus es, & merito præfetus Posthumus sacris,

Quo magis in eoco non erat orbe sacer.

Gaudio tam magnum, tam sanctum gaudeo munus,  
Tandem non temerè nunc, velut ante dari.

Nempe errare solet temerarius impetus: at te  
Delectum magna sedulitate patet.

Namque ubi de multis tantummodo sumitur unus,

Sape malus casu, pessimus arte venit.

At te, de multis legitur si nullibus unus,

Stultior haud posse, deieriorve legi.

## DE BOLLANO.

Urticis lectum Bollano urentibus omnem

Infernunt socii, quum cubiturus erat.

Se tamen urticu uictum negat, haud negat illas

In tenebris nudum se reperiisse tamen.

Unguibus aut igitur vitata carne necesse est,

Aut nudis tantum dentibus incident.

Cum tamen in tenebris illas repperit herbas,

Urticas quanam repperit esse nota?

DE VULPE AEGROTA ET LEONE,

Apologus.

Dum jacet angusta vulpes agrota caverna,

Ante fores blando constitut ore leo:

Ecquid amica vales? citò me lambente valebis,

Nescis in lingua vu mibi quanta mea.

Lingua tibi medica est, vulpes ait: at nocet illud,

Vicinos quodd habet tam bona lingua malos.

DE LEONE ET LYSIMACHO.

Dum dominus placido leo lamberet ore magistrum,

Provocat exemplo quemlibet ipse suo.

Cumque diu ex tanta prodiret nemo corona,

Profluit forti pectori Lysimachus.

Ipse ait, uidebo linguam certissime leonis,

Sed tam vicinis dentibus haud faciam.

IN FABIANUM ASTROLOGUM.

Uno multa die de rebus fata futuri,

Credula quum de te turba frequenter amat.

Inter multa unum si fors mendacia verum est,

Illico vis Vatem te Fabiane putem.

At tu de rebus semper mentire futuris,

Si potes hec, Vatem te Fabiane putem.

IN REGEM SCOTIAE, QUI ARCEM

Norhamam proditam sibi tamen op-

pugnavit, dissimulans prodi-

tam esse.

Scote quid oppugnas Norhamam viribus arcem?

Ante tibi falsa prodizione datam.

Artibus ergo malis capta fuit arce voluptas

Magna tibi forsan, sed brevis illa fuit.

Teque, tuisque mala (merita sed) morte peremptis,

Ars intra est paucos capta, recepta dies.

Proditor inque tuo peteret cum premit regno,

Mors sceleri est merces reddit a digna suo.

Proditor ut pereat, pereat cui proditur hostis,

Invicta in fatis arx habet ista suis.

EPITAPHIUM JACOBI REGIS

Scotorum.

Scotorum Jacobus Princeps, regno hostis amico,

Fortis & infelix hac ego condor humo.

Quanta animi fuerat, fidei vis tanta fuisset:

Catera contigerant non in honesta mihi.

Sed pudet heu jactare, queri piget: ergo tacebo,

Garrulaque Outinam fama tacere velis.

Vostamen O Reges moneo, Rex nuper & ipse,

Nefit (ut esse solet) nomen inane fides.

IN M-LUM PICTOREM.

Exprimit egregia pictor mirabilis arte,

Dira canis pavit am ut fugit ora lepus.

Intima natura scrutatus viscera fingit,

In cursu leporum retro metu afficere.

Tam

Tam tunc qui leporem fugientem expesserit, opto,  
Sic lepus, & fugiens ipse retro afficiat.

## IN EUNDEM.

Cum cane sic pictus lepus est, ut dicere nemo  
Esset uterue canis, posset, uterue lepus.  
Pictor ubi hoc didicit, quod inerti defuit arti,  
Supplevit miro callidus ingenio.  
Res ut aperta foret, longeque facesseret errori,  
Subscriptis tantum, est hic canis, iste lepus.

## DE TYNDARO.

Non minimo insignem naso dum forte pueram  
Basiat, en voluit Tyndarus esse dicax.  
Frustra ait ergo tuus mea profero labra labellis,  
Nostra procul nasus distinet ora tuus.  
Protinus erubuit, tactaque incanduit ira,  
Nempe parum salso tacta puerla sale.  
Nasus ab ore meus tua si tenet oscula, dixit,  
Qua nasus non est, bac dare parte potes.

IN GERMANUM BRIXIUM FALSA  
scribentem de Chordigera nave Gal-  
lotum, & Herveo ejus duce.

Hervea dum celebras Brixii, tua carmina damnas.  
Nam tibi scripta mala est res bene gesta fide.  
Historiam spondes illa Germanae poesi,  
Que modò quum non sit vera, nec historia est.  
Aut odio incipiunt, aut indulgeret favori,  
Et quisnam historiis qui modò credat, erit?  
Iamque nec ipse tuus per te laudem Herveus ullam  
Sublata rerum possit habere fide.

IN EUNDEM, DE EODEM HERVEO  
& eadem nave, quæ in pugna navalí  
conflagravit.

Brixius immerita quod sustulit Hervea laude,  
Quod merito adversum fraudat honore ducem.  
Quod de Chordigera mendacia mille carina  
Contrà quam se feres habuere, canat:  
Non equidem miror, neque pravo salsa favore,  
Quod voluit prudens scribere, credo tamen.  
Sed de Chordigera, vatem qui vera docerer,  
Quivit adhuc reducem nemo referre pedem.  
Ipse tamen (sciret quo certius omnia) dignus,  
Qui media presens nave fuisset, erat.

VERSLIS EXCERPTI E CHORDI-  
gera Brixii, ad quos alludunt quædam  
epigrammata sequentia.

Circumeunt unum dextra, lavaque Britanni  
Hervea, tela volant brumali grandine plura  
In caput unius Hervei: que fortiter heros  
Excutiens clypeo, contraria in agmina vertit.

POSTEA D E E A D E M  
Chordigera.

Ipse suos Herveus comites hortatur, & inflat,  
Atque inter primos audax magno impetu in hostes  
Invehitur, ferit hos misso per tempora celo,  
Transigit huic gladio costas, huic ilia nudat,  
Decutit his caput impacta per colla bipenni,  
His latus, his humeros hasta prestringit acuta.

EPIGRAMMA MORI, ALLUDENS  
ad Versus superiores.

Quod ferit hos Herveus misso per tempora telo,  
Illaque & costas transfigit huic gladio,  
Decutit his caput impacta per colla bipenni,  
His humeros hasta perforat atque latus:

Tum clypes adversa quod tela volantia parte

Fortiter excutiens unde volant, regebit.

Effugit hoc sensum, tot telis pugnet ut unus,

Isque cui clypeo est altera onus a manus.

Fortis huic pugna rerum natura repugnat,

Prateritum quiddam est has puto parte tibi,

Namque ubi magnanimum produceris Hervea, telis

Pugnantem pariter quattuor, & clypeo,

Fortè tibi exciderat: sed debuit ante moneri

Lector, tunc Herveo quinque fuisse manus.

## ALIUD, DE EODEM.

Miraris clypeum, gladium, hastam, tela, bipennem,

Herveus quoque gerat belligeretque modo.

Dexter a crudeli manus est armata bipenni,

Instructa est gladio seva sinistra suo.

Jam telum, telique vicem que præbeat, hastam

Fortiter (impressis dentibus) ore tenet.

At quia tela caput brumali grandine plura

Involitant, clypeum collocat in capite.

Duritia capitis draco cesserit, ungue Celeno,

Sic elephas illi dentibus impar erat.

Ergo novum adversos monstrum procurrit in hostes,

Terribilis rictu, terribiliusque manu.

HIC PRIMUS VERSUS BRIXII EST,  
quo Hervea jam moriturum de se fa-  
cit vaticinanferi.

Inter Phœbos non aspernandus alumnos,

Hervei magna canit Brixius acta ducū.

Inter Phœbos non aspernandus alumnos,

Heruem, hostes, socios, concremat atq; rates.

Inter Phœbos non aspernandus alumnos:

Unde igitur vates, qua cecinit, didicit?

Inter Phœbos non aspernandus alumnos,

Phœbo reliquum est audiat ex tripoде.

IN EUNDEM, VERSUS POETARUM  
suffurantem.

Priscos Poetas nemo te colit magis,

Ligitve diligentius.

Nam nemo priscis è Poetis omnibus

Est, cuius ipse ex versibus,

Non hinc & inde flosculos & gemmulas

Manu capaci legeris,

Vatem redonans tanto honore protinus,

Scriptis tuis ut inferas.

Beisque Vatem: nempe qua tu congeris,

Suos parentes indicant,

Magisque resplendent tua inter carmina,

Quam nocte lucent sidera.

Tantum decus Vati invidere nemini

Soles, amicus omnium,

Ne quis, decus prioris olim seculi,

Neglectus abs te desfleat.

Ergo sacrati ne Poetarum modi

Longo situ obsolescerent,

Injuria tu vindicatos temporis

Novo nitore percolis,

Hoc est vetustis arte novitatem dare,

Qua re nihil felicius.

Ars Obeata, qui quis arte isthac tamen,

Vetusta novitati dabut,

Is artenulla (quamlibet sudet diu)

Novis vetustatem dabut.

## ALLUSIO AD CENOTAPHIUM

Hervi.

Hervea cum Decius unum conferre duobus,  
 Etas te Bixi judice nostra potest.  
 Sed tamen hoc distant, illi quod sponte peribant,  
 Huc periit, quoniam non potuit fugere.  
**PHOEBUS BRIXIUM ALLOQUITUR.**  
 Vis de grandisono quid sentio scire libello,  
 Qui arma necemq; Hervei bellipotentia habet?  
 Ergo sacer Phoebo sacra hac oracula Vates  
 Accipe, Phoebo redditia de tripode.  
 Una opere in toto deest syllaba, mille supersunt.  
 Plenum opus est: nam quid posset abesse minus?  
 Una uno hac legitur, sed non legitur ribi mente,

Mens. Et plus quam medium syllaba mensis habet.

## IN BRIXIUM POETAM.

Bixi tale tuo natum est anigma libello,  
 A Sphinge opponi possit ut Oedipodi.  
 Chordigera est tibi tota frequens, tibi non tamensu-  
 quam est

Cor. Cordigera in toto syllaba prima libro.

AD SABINUM, CUI UXOR  
absenti concepit.

Subsidium vita, sera spes una senecta,  
 Nata tibi est sobolis, curre Sabine domum.  
 Curre salutanda est uxor secunda, videnda est  
 Chara tibi soboles, curre Sabine domum.  
 Curre inquam, ac propterea nimiumq; videbere lent,  
 Quantumvis properes, curre Sabine domum.  
 Jam queritur conjux dete tua, jam tua de te  
 Conqueritur sobolis, curre Sabine domum. (est,  
 Nunquam ingratus ades, neq; cum soboles tibi nata  
 Sed neq; cum genita est, curre Sabine domum.  
 Curre ut adesse, puer sacro dum Fonte lavatur,  
 Nunc saltrem possis, curre Sabine domum.

## AD CANDIDUM LAUDANTEM

sancos viros, cum ipse esset malus.  
 Sepe bonos laudas, imitaris Candide nunquam:  
 Laudo, inquis, posita Candidus invidia.  
 Nam quicunq; bonos imitatur, & emulus idem est.  
 O lacte, o nivibus Candide candidior.

## QUIS OPT. REIPUB. STATUS.

Quaris uter melius, Rexne imperet, anne Senatus?  
 Neuter (quod sape est) si sit uterq; malus.  
 Si sit uterq; bonus, numero praestare Senatum,  
 Ing; bonis multis plus reor esse boni.  
 Difficile est numerum forsitan reperire bonorum,  
 Sic facile est unum sapius esse malum.  
 Et fuerit medius sape inter utrumq; Senatus:  
 Sed tibi rex unquam Rex mediocris erit.  
 Consilioq; malus regitur meliore Senator,  
 Rex consultores sed regit ipse suos.  
 Alter ut eligitur populo, sic nascitur alter:  
 Sors hic caca regit, certum ibi consilium.  
 Illeg; se factum populo, populum sibi factum,  
 Scilicet hic ut sint quos regat ipse putat.  
 Rex est in primo semper blandissimus anno,  
 Omni anno consul Rex erit ergo novus.  
 Rex cupidus longo populum corroserit aro,  
 Si consul malus est, spes melioris adeat.  
 Nec me nota moveri, qua pastam fabula masicam  
 Ferre jubet, subeat ne male pransa locum.  
 Fallitur, explorari regem qui credit avarum,  
 Nunquam hac non vacuam mittere hirudo cutem.

At patrum consulta gravis dissensio turbat,

Regi dissentit nemo: malum hoc gravius.

Nam quum de magnis variis est sententia rebus,

Questio sed tamen hec nescitur unde tibi?

Estne usquam populu, cui regem sive senatum

Præficere arbitrio tu potes ipse tuo?

Si potes hoc, regnas: nec jam cui, consule, tradas

Imperium: prior est quæstio, an expediatur.

## DE FUSCO POTORE.

Potando Medicus perituros dixit ocellos

Fusco, qui cum se consuluisse, ait:

Perdere dulciss est potando, quam ut mea servem

Erodenda pigris lumina vermiculis.

## AD AMICUM.

Littera nostra, tuus quantum mihi colligo scripta,

Sera tibi veniet, nec tibi sera tamen.

Nec bello veniunt i tempestiva peracto,

Qua bello poterant tela juvare nihil.

## DE REGE &amp; RUSTICO.

Rusticus in sylvis nutritus venit in urbem,

Rusticior Fauno, rusticior Satyro.

En populus plena stetit hinc, stetit inde platea,

Unag, vox tota, Rex venit, urbe fuit.

Rusticus insolita vocis novitate movetur,

Quidnam ita respectet turba, videre cupit.

Rex subito invehitur, celebri preeunte caterva,

Ait rex ex celso conspicendus equo.

Tum verò ingeminant, vivat rex: undiq; regem

Attento populus suspicit ore suum.

Rusticus ubi rex est ubi rex est clamat: at unus,

Ille, ait, est illo qui sedet altus equo.

Hiccine rex? puto me derides, rusticus inquit,

Ille mihi picta veste viderur homo.

## IN EPISCOPUM ILLITERATUM;

de quo ante Epigramma est sub  
nomine posthumus.

Magne Pater clamas, occidit littera, in ore

Hoc unum, occidit littera, semper habes.

Caristi bene tu, ne te ulla occidere possit

Littera, non ulla est littera nota tibi.

Nec frustra metuis ne occidat littera, scis non

Vivisces qui te spiritus esse tibi.

DE SACERDOTE RIDICULE AD-  
monente populuni de jejunio, cum  
dies jam præterisset.

Admonuit populum nostrum cum forte sacerdos,

Proxima quos fastos afferat hebdomada:

Martyris Andrea magnum &amp; memorabile festum est,

Scitis, ait, carius quam fuit ille DEO.

Squalida lasciviam tenuent jejunia carnem,

Hoc suetum est, sancti hoc instituere patres.

Præmoneo ergo omnes, in martyris hujus honorem,

Quod jejunari debuit, inquit, heri.

DE QUODAM MALE CANTANTE,  
& bene legente.

Tam male cantasti, possis ut Episcopus esse,

Tam bene legisti, ut non tamen esse queas.

Non satis esse putet, si quis vitabit atrumvis,

Sed fieri si vis presul, utrumque cave.

## AD SABINUM.

Quos ante conjux quatuor

Natios Sabine protulit,

Multum ecce dissimiles tibi,

Tuos nec ipse deputas.

Sed quem tibi puellulum  
Enixa jam nuperrimè est,  
Solum tibi simillimum:  
Pro quatuor complecteris.  
Adulterinos quatuor  
Vocas, repellis, abdicas.  
Hunc unicum cœu rūnīcōv,  
Qui sit tibi heres, destinat.  
Hunc ergo in ulnis gestans,  
Exscolandum ab omnibus,  
Ut filium fert simia,  
Tocam per urbem bajulas.  
Atqui graves tradunt Sophi,  
Quibus labor studiumq; id est,  
Secreta quicquid efficit  
Natura perscrutariet.  
Ergo graves tradunt Sophi,  
Quodcumq; matres interim  
Imaginantur fortiter,  
Dum liberis datur opera,  
Eius latenter & notas,  
Certas & indebiles,  
Modoq; inexplicabili  
In s̄men ipsum congeri:  
Quibus receptis intime,  
Simulq; concrescentibus,  
A mente matru insitam  
Natus refert imaginem.  
Quum tot abesses millibus,  
Dum gignit uxor quatuor,  
Quid effet admodum tui  
Secura, dissimiles parit.  
Sed unus omnium hic puer  
Tui refert imaginem,  
Quid mater, hunc dum concipit,  
Sollicita de te plurimum,  
Te tota cogitaverat,  
Dum percomescit anxia,  
Ne tu Sabine incommodus  
Velutq; lupus in fabulam  
Supervenires interim.

### DE PRINCIPÉ & RUSTICO

Selando, ridiculum.

Quum spectaret aquas princeps, in ponte resedit,  
Primoresq; suos ante stetere pedes,  
Rusticus adsedet, modico tamen intervallo,  
Civilemq; dato se putat esse loco.  
Suscitat hunc quidam, & cum principe, dixit, eodem  
Ponte sedere audes rustice? nonne puder?  
Ille refert, scelus est in eodem ponte sedere?  
Quid si pons longus millia dena foret?

**DE AULICO, RIDICULUM.**  
Quum descendit equo, de circumstantibus uni  
Aulicus hunc teneas quisquis es, inquit, equum.  
ille, ut erat parvus, dixit: Domine ergo ferocem  
Hunc rogo qui teneat, sufficit unus, equum?  
Unus ait potis est retinere, subintulit ille:  
Si potis est unus, tu potes ipse tuum.

### IN MILITEM FUGACEM,

& annulatum.

Aureus iste manus miles cur annulus ornat,  
Fure tuos ornet, qui meliore pedes?  
Utilior nuper, meliorq; in Marte feroci  
Planta tibi palmis una duabus erat.

### IN TUSCUM POTOREM.

Perdis ait Tusco Medicus tua lū vīna vīno,  
Consultat secum quid velit ergo iequi.  
Sidera, terra, fretumq; solent quacunque videri,  
Omnia sunt, inquit, visa revisa mibi.  
Multā mibi, sed vīna tamen gustanda supersunt,  
Multā refert annus, quum nova musta novus.  
Nam certus firmusq; valebit is, inquit, ocelli,  
Nempe satis vidi, non satis usque bivi.

### IN ARNUM PERJURUM.

Jurasti satis Arne diu, tandem obtinuisti,  
Jurare ut post hac jam tibi non sit opus.  
Cœpit ubiq; tuo Vir juratissime verbo,  
Quām juramento non minor esse fides.

### IN EUNDEM.

Et semper juras, & cunctū Arne minaris,  
Vis scire utilitas qua venir inde tibi?  
Sic juras, ut nemo tibi jam denique credat:  
Sic minitaris, ut has nemo minas metuat.

### IN EUNDEM.

Arno nemo magi pedibus valet usque, sed olim  
Frigore contractas perdidit ille manus.  
Optat bellatamen, cui pes citus, utraq; manca est  
Cui manus in bello, scis puto, quid faciet.  
At cui lingua procax manus est ignava, procax est  
Huic non ignava lingua secunda manu.

### DE MARULLO.

Admonuit Medicus lippum Theodore Marullum,  
Ne vinum, cactus ni velit esse, bibat.  
Pareat ut Medico (quanquam agre) abstemius esse  
Ecce duos totos sustinet usque dies.  
Post sicut assueti revocatus imagine vini,  
Namq; foras Medico vera minante ruit.  
Venit erat ad vinum, quum sic sua lumina maestus  
Affatus, posito jam peritura mero.  
Huc iter est, buc me fidi duxisti ocelli,  
Nunc bibite, & dulces ambo valete duces.  
Gustus odorig; manent, miratur abire colore,  
In nigras abeunt lumina dum tenebras.  
Hoc tamen adversum lenit solamine casum,  
Dote meri minima quid caritrus erat.

### IN RISCUM EQUITEM IMBELLEM.

Riscus eques prudens, longoq; peritus ab usu,  
Dissimiles, causa non sine, pascit equos.  
Namq; alit ille duos, volucrem præverterit alter,  
Alter sed pigro pigrior est asino.  
Hic ergo non festinantem ad pralia defert,  
Ille prius tuba quam clangerit, inde refert

### IN GELLIA M.

Mentitur qui te dicit mea Gellia fuscam:  
Judice me non es Gellia fusca, nigra es.

### IN EANDEM.

Candida sum, dicis, fateor, sed candida quum sis,  
Cur tibi candorem hunc obtegit atracutis?

### IN EUPARIPHUM VESTE,

oppignorato fundo, empta.

Non miror sudare tua te pondere vestis,

Quatuor hac terra jugera vestis habet.

Quantum viventi tibi terra ingesseris usquam,

Tam magnum tumulum, nec tumulatus habet.

### IN GAREMANUM, VENDITIS

agris pauperem.

En patrōs nuper Garemanus vendidit agros,

Nunc subito fama vivere fertur inops.

*Non illi ingenum, non illi industria defit :  
Verum inimica Viro fata nocere puto.  
Nam putres fulvo glebas mutaverat auro  
Callidus, & nunquam rem tamen ille facit.*

## AD SABINUM.

*Interiore due, conjux tibi tertia nupsit,  
Nec tibi fida tamen de tribus ulla fuit.  
Non tantum ergo tuas, sed damnas improbe totum  
Fæmineum irata mente Sabine genus.  
Sit tamen hanc aqua rem viis expendere lance,  
Fies erga ipsas mitior ipse tuas.  
Nam tres quum fuerint iisdem tibi moribus omnes,*

*Astra haec nascenti fata dedere tibi.*

*Si genesis tua te semper jubet esse cuculum,  
Scilicet expectas uxor ut astra regat?*

*Casta futura alii fuerat : quod adultera tecum est,  
Hoc meritò fatis imputat illa tuis.*

IN NAUFRAGUM MORSUM  
à vipera in littore. è Græco.

*Æquoris infans evasit naufragus undas,  
Tristius Afra salo præbet arena solum.  
Dam jacet ecce gravi pressus prope littora somno  
Nudus, & infesto fessus ab usq; fredo:  
Vipera trux perimit : frusta fugis aquora frustra,  
Heu miser, in terris debita fata tibi.*

## DE CHIRURGO &amp; ANU.

*Unxit anus agros velans Chirurgus ocellos,  
Utile persuadens hor fore quinq; dies,  
Interea mappas, pélves, mortaria, discos,  
Quicquid onus tutum non facit, inde rapit.  
Quum sanata oculos circumstulit illa revinditos,  
Instrumenta sua sentit abesse domus.  
Mercedem ergo exacta, tua contingeret, inquit,  
Überior pallium est ut mihi visus epe. (est:  
At video nunc quam antè minas, quorum usus in ade  
Vidi multa prius, nunc video inde nihil.*

## AD QUENDAM LEVEM.

*Quam tibi mens levis est, tibi si pes tam levis esset,  
In medio leporem posset prevertere templo.*

## DE HERODE &amp; HERODIADE.

*Coram Herode Herodiadis dum filia saltat,  
Dum quo debuerat difflicuisse placet,  
Ebrius affectu rex conjugis, ebrius illo  
Fortuna luxu, prætereaq; mero :  
Opta ait ô Virgo, dabitur, suravimus, hujus  
Dimidium regni poscere si libeat,  
Impia suggestu scelerata filia matris,  
Inquit : Baptista da precor ergo caput.  
Donapetis Virgo (si saltatrix Virgo est)  
Quæ vix suffineas cernere dona peris.  
O funesta parens, ô natæ dira noverca,  
Saltare, atq; homines quam jugulare doces.  
Rex dolet, & tristius concedit, nempe coactus  
Furisjuriandi religione sui.  
O regem fidum, sed tunc rancummodo fidum,  
Majus perfidia est quum scelus, ipsa fides.*

## AD QUENDAM EBRIOSUM.

*Tecum in colloquium quid non properantius ivi,  
Segniciem incusas, conquererisq; meam.  
Confiteor verè, tibi non in tempore veni,  
Senior aut citior debuit hora legi.  
Aut utinam ejusdem venissim mane diei,  
Aut tibi venissim mane sequente die.*

*Nunc res luce nimis tractari capit adulta,*

*Quando tna factum est ebrietate nihil.*

IN PICTURAM HERODIANÆ  
mensæ.

*Sanguine funesta est Herodis mensa virili,*

*Sanguine funesta est mensaq; Flaminii.*

*Tam similes cedes similes fecere pueræ,*

*Illa: saltatrix obtinet, hanc meretrix.*

*Id tamen intererat, meretrici vita nocentis,*

*At saltatrix penditur innocui.*

## IN EANDEM PICTURAM.

*Ora viri fido sancti fluitantia tabo,*

*Decussumq; gerit regia mensa caput.*

*Corpora sic regi rex Atreus ambo Thyestæ*

*Natorum apposuit frater edenda patri.*

*Sic regi Odrysio natum regina peremptum*

*Fida soror, genitrix perfida ponit Itym.*

*Talia regales ornant bellaria mensas :*

*Crede mihi, non est pauperis iste cibus.*

## IN VEHEMENTER NASUTUM.

è Græco.

*Si tuus ad solem statuatur nasus, bianco*

*Ore, bene ostendas dentibus, hora quota est.*

## IN FUCATUM. è Græco.

*Car emitur fucus, coma, dens, mel, ceraq; possit*

*Quum persona tibi tota minoris emi?*

## IN HISTRIONEM. è Græco.

*Catera ad historiam, quiddam tamen, id quoque magnum,*

*Quam tibi saltatum contra erat historiam.*

*Dum Nioben ageres, stabas tanquam lapis effes :*

*Quum fieres Canapeus, ecce repente cadis.*

*At Canacem gladio referens, quum virus abiisti,*

*Hoc tibi saltatum contra erat historiam.*

## IN HISTRIONEM. è Græco.

*Saltavit Nioben, saltavit Daphnida Memphis :*

*Ligneus ut Daphnen, saxeus ut Nioben.*

## SOBRIOS ESSE DIFFICILIORES.

è Græco.

*Vespere quum bibimus, homines sumus atq; benigni:*

*Mane homini siccus trux fer a surgit homo.*

IN ANDREAM IN MARE  
vomentem.

*Gratus es Andrea, dignusq; cui benefiat,*

*Nampiscis toties qui te pavere, repascis.*

## DE EODEM.

*Æquoris edisti pisces, irascitur æquor :*

*Eg, tuo fœtus exigit ore suos.*

IN PUELLAM DIVARICATIS  
tibiis equitantem.

*Ergo puella viri quis te negat esse pacem,*

*Quam tuatam magnum circundant crura caballum.*

AD GALLUM SUBLLEGENTEM  
veterum Carmina.

*Vatibus idem animusq;, & verè spiritus idem,*

*Qui fuit antiquis, est modò Gallo tibi.*

*Carmina namq; eadem, versusq; frequenter eosdem,*

*Quos fecere illi, tu quoque Gallo facis.*

## IN SCURRAM PALPEREM.

*Scurra ubi jam fures totam sibi nocte riperet*

*Scrutantes magna sedulitate domum :*

*Risit, & b media quid vos hic nocte videtis?*

*Miror, ait, media nil ego cerno die.*

## DE SOLICITA POTENTUM

vita.

*Semper habet miserias immensa potentia curas,  
Anxia perpetuis sollicitudinibus.  
Non prodit multis nisi circumseptus ab armis,  
Non nisi gustato ruscitur ante cibo.  
Tutamenta quidem sunt hoc: tamen hec male tutum  
Illum, aliter tutus qui nequit esse, docent.  
Nempe satellitum metuendos admonet enses:  
Toxica pragifans esse timenda docet.  
Ergo timore locus quis nam vacat hic? ubi gignunt.  
Hac eadem pellunt, que metuenda, metum.*

## IN PRIVIGNUM, COLLAPSA

noverca statua oppressum. è Græco.

*Flore novercalem cingi privigne columnam,  
Morte ratus mores interisse malos.  
Te tamen illa premit subito inclinata: noverca,  
Si privigne sapit, ipsa sepulchra, fuge.*

## AD QUENDAM POETAM

extemporealem.

*Hos quid te scripsisse mones ex tempore versus?  
Nam liber hoc loquitur, tereticente, tuus.*

## IN NOVERCAS. è Græco.

*Privigno vel amans infortunata noverca est:  
Hippolyto gravis hoc Phædra docere potest.*

## IN QUENDAM QUI DICEBAT,

Carminibus suis non defaturum genium.

*Hoc habet Hispani festivum epigramma Poeta,  
Victurus genium deber habere liber.*

*Dum legis hunc versum, jam tu quoq; scribere versus*

Tota mente paras, sed sine mente tamen.

*Quæve canas, qualive modo contemnis: ea est spes,  
Victura hac genio qualiacumque suo.*

*Namque tuis genium vir tam genio, e Camænis,*

Non dubitas aliquem mox alicunde fore.

*Tu tamen & carituru erit tuus hic liber, opta*

Ut caret genio, qui caret ingenio.

*Cuius genus vitam producat si quis, erit quis*

Ex genitis, adsunt qui tibi mille, malis.

*Sed neque sic vivet, rati si credis eidem,*

Nam non vivere, sed vita, valere bene, est.

*Quod si vita libri est jugi langue scere probro,*

Detur &amp; eterna vivere morte tibi.

## DE CUPIDITATE REGNANDI.

*Regibus è multis regnum cui sufficit unum,*

Vix rex unus erit, si tamen unus erit.

*Regibus è multis regnum bene qui regat unum,*

Vix tamen unus erit, si tamen unus erit.

## DE DEDITIONE NERVIÆ

Henrico VIII. Angliæ Regi.

*Belliger invictam domuit te Nervia Cæsar,*

Non tamen extremis absque utriusque malis.

*Te capit Henricus, capit & sine sanguine, princeps*

Magno tam major Cæsare quam melior.

*Sensit honorificum sibi rex cepisse, tibiq;*

Utile sensisti non minus ipsa capi.

## DE FABULLA &amp; ATTALO.

*Fabulla nuper nescio quid Attalo*

Irata, &amp; illum commovere gestiens,

*Ostendereq; quam prorsus hunc nibili putet,*

Furavit illi, si sibi centum forent

Membra, mulier quibus sit, è centum tamen

Præstare dignaretur haud unum Attalo.

*Non inquit ille quæ, malum, est isthe novæ*

Frugalitas tibi? quæve parsimonia?

Certè solebas esse liberalior.

*Unum se de centum graareris modo*

Avara commodare? at aliquando unicum

Tantum quum haberet, unicum tamen viris

Centum solebas dare benigna centies.

Heu metuo ne quid ista portendat tibi

Monstrofa tandem parcitas, magni mali.

## DE FEBRICITANTE, &amp; MEDICO

bibaci.

*Febre laboraret mihi quum puer hemitritæ,*

Fortè ibi Sauromatæ posco medentis opem.

Sensit ut admoto salientem pollice venam,

Fortis, ait, calor est, sed calor ille cadet.

*Flagitat ergo cyphum, fundumq; exhaurit ad imum,*

Quantum nec Bitias ebibitus erat.

*Haurit, ad aquales agrotum provocat baustus,*

Et facere hoc temerè ne videatur, ait:

*Æstuat hic valde, valde bibat ergo necesse est,*

Non parvo obruitur magna liquore pyra.

## DE HESPERO CONFITENTE.

*Ex more sacrum dum Sacerdoti Hesperus*

Comissa fassus expiatet crimina,

Explorat hujus ille conscientiam,

Et cautes omne examinat scelerum genus:

*Interg; multa querit, an unquam malos*

Ritu prophano crediderat in demonas.

*Vah ego ne credam in demones, inquit, Pater e*

Multo labore vix adhuc credo in Deum.

## DE OCCASIONE DEO. è Græco.

*Unde erat hic plastes? Sicyonius. At quis erat? dic.*

Lyssipus, tu quis? tempus ego omne domans.

*Cur summis instas digitis? roto semper. At alas*

Cur pedibus gestas: ut levius aura feror.

*At dextram cur armat acuta novacula: signum est,*

Quod conferriri acies non potis illa mihi est.

*Cur comafronte jacet? quod qui me prendere captat,*

Præveniat. Calvum est cur tibi retrò caput?

*Quod postquam levibus præcepis effugero pennis,*

Nil aget à tergo qui revocare volet.

*Undeigitur posses documentum sūnere, talem*

Artificis posuit me tibi docta manus.

## DE PHYLLIDE &amp; PRISCO,

impariter amanib;.

*Tam Phyllis Cupido bene nubet candida Prisco,*

Quam bene spumanti vitrea lympha mero.

*Phyllida Priscus amat calido ferventius igne,*

Frigidius gelida Priscus amat aqua.

*Zungetur tuid, nam si simul ardeat illa,*

Sustineat flammas que domus una duas?

## DE NUMMIS ANTIQUIS APUD

Hieronymum Buslidianum servatis.

*Roma suis olim Ducibus quam debuit, illi*

Tam debent omnes Buslidiane tibi.

*Roma suis Ducibus servata est: ipse reservas*

Romanos Roma præmotiente duces.

*Nam quia Cæsareos antiqua numismata vultus,*

Aut referunt clavos tumve priuive viros;

*Hec tu saclorum studio quæsita priorum*

Congeris, &amp; solas has tibi ducis opes.

*Cumq; triumphales densus cinis occulat arcus,*

Ipse triumphantum nomen &amp; ora tenes.

*Nec jam Pyramides Procerum monumenta suorum  
Tam sunt, quam pyxis Buslidiane tua.*

AD EUNDEM.

*Ecquid adhuc placidam mi Buslidiane Camenam  
Tua coerces capsula?*

*In tenebras abdis cur dignam luce, quid illi?  
Quid invides mortalibus?*

*Musa fama tua toto debetur ab orbe,  
Quid huic repellis gloriam?*

*Gratus ab hac fructus toti debetur & orbi,*

*Quid unus obstas omnibus?*

*An tibi casta procul catu cobibenda virili  
Cohors videtur virginum?*

*Sunt hac virginibus fateor metuenda, sed illis  
Devirginari que queunt.*

*Ede tuam intrepidus pudor est infelix illi,  
Nec is rufus, vel rusticus.*

*Vt tua non ipsi cessa est virgo Diane,  
Pudore grata lacteo:*

*Sic tua non ipsi cessa est Virgo Minerve,  
Sensu, lepore, gratia.*

#### AD BUSLIDIANUM DE ÆDIBUS

Magnificis Mechlinia.

*Cult a modò fixis dum contemplabor ocellis*

*Ornamenta tua, Buslidiane, domus;*

*Obligasti, quoniam exoratis carmine fatis*

*Tot rursum veteres natus es artifices:*

*Nam reor illustres vafris ambagibus edes,*

*Non nisi Dadaleas adficasse manus.*

*Quod pictum est illuc, pinxisse videtur Apelles:*

*Quod sculptum, credas esse Myronis opus.*

*Plastica quum video, Lysippi suspicor artem:*

*Quum statuas, doctum cogito Praxitelem.*

*Disticha quodq, notant opus, at que disticha vellent,*

*Si non composituit, compoississe Maro.*

*Organa tam varias modulis imitantia voces,*

*Sola tamen veteres vel potuisse negem.*

*Ergo domus tota est vel sancti nobile prisca,*

*Aut quod prisca novum scula vincat, opus.*

*At domus hac nova nunc, tardè seroq, senescat,*

*Tunc videat Dominum, nec tamen usque, senem.*

#### DE PHILOMENO & AGNA,

conjugatis mala fide.

*En redeunt nostro Veneris miracula facio,*

*Qualia nec prisco tempore facta reor;*

*Flos juvenes inter Philomenus, & Agna puellas,*

*Junguntur Paphianitè favore Dea.*

*Ille sed heu nimium laudata voce superbit,*

*Illa tumet placidi laudibus ingenii.*

*Ergo conjugium votis tam sepe peccatum,*

*Non Veneri acceptum, sed retulere sibi.*

*Ingratis adimit formam Dea, neve coirent*

*Mutati, dispari indit utriq, genus.*

*Mox Philomenus avem quavis estate canentem*

*In cuculum: inq, avidam vertitur Agna lupam.*

#### MEDICINÆ AD TOLLENDOS

fætores anhelitus, provenientes à cibis

quibusdam.

*Sectile ne tetros porrum tibi spiret odores,*

*Protinus a porro fac mihi cepa vores.*

*Denuo fætorem si vis depellere cepa,*

*Hoc facile efficient allia mansa tibi.*

*Spiritus ac si post etiam gravis allia restat.*

*Aut nihil, aut tantum tollere merda potest.*

#### AD LECTOREM DE NOVO TESTAMENTO,

verto ab Erasmo Rotodamo.

*Sanctum opus, & docti labor immortalis ERASMI*

*Prodit, & o populis commoda quanta vehit?*

*Lex nova nam veteri primum est interprete lesa,*

*Scribentum varia post vitiata manu.*

*Sustulerat forsitan mendas Hieronymus olim,*

*Sed periere pigra tam bona scripta situ.*

*Tota igitur demptis versis est iam denud mendis,*

*Atq, nova Christi lex nova luce nitet.*

*Nec tamen ambitiose singula verba notavit,*

*Sanctum habuit quicquid vel mediocre fuit.*

*Quo fit ne hac celeri si quis prætervolet ala,*

*Huic nihil hic magni forte putetur agi.*

*Idem si prepresso relegat vestigia gressu,*

*Censebit majus commodiusve nihil.*

#### AD REVERENDISSIMUM THOMAM

Cardinalem & Archi-Episcopum Eboracen-

sem, in libro Novi Testamenti, ei  
ab Erasmo darum.

*Unice Doctorum Pater ac Patronus Virorum,*

*Pieridum pendet cuius ab ore chorus,*

*Cui populus quantum defert & cedit honore,*

*Virtutes infra est tantum honor ipse tuas.*

*Ab liber iste tu longè tibi venit ERASMO,*

*Hunc precor hoc animo quo dedit ipse, cape.*

*Nec dubito, capies: operi nam jure favorem*

*auctor, & Autori conciliabit opus.*

*Ille tui cultor semper fuit, est opus ipsum*

*Lex Christi, studiam que fuit usque tuum.*

*Illaparatur ab hac prudens tibi lege facultas,*

*Qua Momo coram reddere jura potes,*

*Namq, ita perplexas populo mirante querelas*

*Discutis, ut victimus queat non ipse queri.*

*Non humani tibi facit hoc sollertia, sed lex*

*Christi, judicii unica norma tuis.*

*Ergo opus hoc placido Presul dignissime vultu*

*Excipe, & Autori, quod facis, usq, fare.*

#### AC REVERENDISSIMUM ARCHI-

Episcopum Cantuariensem.

*Quod bene sunt collata tuo pie Presul ERASMO*

*Tanta tua roties munera prompta manu,*

*Quam non ducat iners qua tu facis otia, monstrare*

*Multa, sed in primis indicat illud opus.*

*Ediderit quamvis numerosa volumina, fructu*

*Non sine, vincit opus cuncta priora novum.*

*Cunctorum utilitas, sed honor te est inter & illum:*

*Presul fit ille operam, tubone Presul opem.*

*At partem ille suam toto tibi pectori cedit,*

*Quicquid agit, meritis imputat omne tuis.*

*Hunc petit ille sui fructum Pater alme laboris,*

*Carus ut hoc tu sis omnibus, ille tibi.*

#### EPITAPHIUM IN SEPULCHRO

Johannæ, olim uxoris Mori, destinantis idem  
sepulchrum & sibi & Aliciæ, poste-

riori uxori.

*Chara Thoma jacet hoc Johanna uxorcula Mori,*

*Qui tumulum Alicie hunc destino, quig, mibi.*

*Una mibi dedit hoc conjuncta virentibus annis,*

*Me vocet ut puer & trina puerla Patrem.*

Altera prirignis (que gloria rara noverce est)  
Tam pia, quam gratus vix fuit illa suis.  
Alter a sic meum vixit, sic altera vivit,  
Charior incircumfisi, hac sit, an hac fuerit.  
O simul, & juncti poseramus vivere nos tres  
Quam bene, si fatum religioq; sinant.  
At societ tumulus. Societ nos obsecro cœlum.  
Sic mors, non potuit quod dare vita, dabit.

## AD SE GESTIENTEM LÄTTITIA,

quod evaserat tempestatem.

Quid iuravt insanas maris evasisse procellas?  
Letitia est, ut non sit tibi vana, brevis.  
Talu febre quies egris intermicat, illa  
Dum per acerba statas itq; reditq; vices.  
Quam te plura manent optata tristia terra.  
In rapido fuerant quam subeunda fredo?  
Aut ferrum, aut varii precedent funera morbi,  
Quorum uno est quovis mors minus ipsa gravis.  
Quin eadem tumidas frustra vitata per undas,  
Te premet in plumis infidiosus tamen.

## IN PINGUEM QUENDAM PA-

trem, cui frequens erat in ore,  
Scientia inflat.

Quemlibet inflat ait vel teste scientia Paulo,  
Hanc fugis: unde igitur tu Pater ample tumes?  
Vix gestas irasso turgentem abdomen ventrem,  
Inflaturq; levi mens tibi stultitia.

## IN CHELONUM.

Cur adeò invisum est pigri tibi nomen aselli?  
Olim erat hoc magis Chelone Philosophus.  
Ne tamen ipse nihil differre puteris ab illo,  
Aureus ille fuit, plumbus ipse magis.  
Illi mens hominis asinino in corpore mansit:  
At tibi in humano est corpore mens asini.

## DE FELE &amp; MURE.

Muscipula exemptum felidum porrigo murem,  
Haud avido predam protinus ore vorat.  
Sed trepidum in media captivum exponere terra  
Sustinet, & miru ludere leta modis.  
Adnut at cauda, tremulis inspectat ocellis,  
Et lasciva caput jactat in omne latus.  
Molliter attonitum pede suscitat ire parantem,  
Corripit, inq; vicem datq; negatq; viam.  
Mox pede sublimem jaculatur, & excipit ore,  
Deinde abit, & false spem facit usq; fuga.  
Excubat, & saltu fugientem lata reprendit  
Protinus, inq; locum quo fuga cœpta redit.  
Digrediturq; iterum, mirandoq; improba sensu  
Qua misero mensest experimenta capit.  
Hoc dum saepe facit, securag; longius exit,  
Mus rimam subito repperit & subiit.  
Illa cito revocata gradu frustra obsidet antrum,  
Hic latebra tectus turus ab hoste fuit.  
Muscipula occiderat, nisi quid tutela salusq;  
Feles, interitus qua solec esse, fuit.

## GRATULATUR, QUOD EAM RE-

pererit incolumem, quam olim fermè  
puer amaverat.

Vivis adhuc, primis ò me mihi charior annis,  
Redderis atque oculus Elisabetha mea.  
Qua mala distinxit mibi re fortuna tot annos,  
Panè puer vidi, panè reviso senex.

Annos vira quater mibi quattuor egerat, inde  
Aut duo defuerant, aut duo penè tibi.  
Quum tuus innocuo rapuit me vultus amore,  
Vultus, qui quo nunc fugit ab ore tuo?  
Cum quondam dilecta mibi succurrit imago,  
Hei facies quam nil illius ista refert.  
Tempora que, tenera nunquam non invida forma,  
Te rapuere tibi, non rapuere mibi.  
Ille decor nostros roties remoratus ocellos,  
Nunc tenet à vultu pectora nostra tuo.  
Languidus admoto solet ignis crescere flata,  
Frigidus obruerat quem suus antè cinis.  
Tuq; facis quamvis longè diversa priori,  
Ut micet admonitu flamma vetusta novo.  
Jam subit illa dies qua tudentem obculit olim  
Intervirgineos te mibi prima choros.  
Lastea cum flavi decuerunt colla capilli,  
Cum gena par nivibus visa, labella rosis.  
Cùm tua perstringunt oculos duo sidera nostros,  
Perq; oculos intrant in mea corda meos.

Cum velut attactu stupefactus fulminis hast  
Pendulus à vultu tempora longa tuo.  
Cum sociis risum exhibuit nostrisq; tuisq;  
Tam rudes & simplex & male rectus amor.  
Sic tua me cepit species: seu maxima verè,  
Seu major visa est quam fuit, esse mibi:  
Seu fuit in causa prima lanugo juventæ,  
Cumq; nova suetas pube venire calor:

Sidera seu quedam nostro communia natu  
Viribus afflant utraq; corda suis.

Namq; tui consors arcani conscia pectus  
Garrula prodiderat concaluisse tuum.

Hinc datus est custos, ipfisq; potentior astris  
Janua, quos vellent illa coire retat.

Ergo ita disjunctos diversaq; fata secutos,  
Tot nunc post hyemes reddidit ista dies.

Ista dies qua rara meo mibilior ævo,  
Contigit occursu soffitis alma tui.

Tu prædata meos olim sine crimine sensus,

Nunc quoque non ulto criminè cara manus.

Castus amor fuerat, ne nunc incestiore esset,  
Si minus hoc probitas, ipsa dies faceret.

At superos, qui lustra boni post quinque valentem

Te retulere mibi, me retulere tibi,

Comprecor, ut lustris iterum post quinque peractis

Incolumis rursus contuar incolumem.

THOMAS MORUS MARGARETHÆ,  
Elisabethæ, Ceciliæ, ac Joanni, dulcis-  
simis liberis S. P.

Quattuor una meos invisat epistola natos,  
Servet & incolumes à Patre missa salus.  
Dum per agratur iter, pluvioq; madescimus imbre,  
Dumq; luto implicitus sepius haret equus:  
Hoc tamen interea vobis excogito carmen,  
Quod ratum, quamquam sit rude, spero fore.  
Collegisse animi licet hinc documenta paterni,  
Quanto plus oculis vos amet ipse suis:  
Quem non putre solum, quem non male turbidus aër,  
Exiguusq; altas trans equus actus aquas.  
A vobis poterant divellere, quo minus omni  
Se memorem vestri comprobet esse loce.

Nam

Nam crebrò dum nutat equus, casumq; minatur,  
Condere non versus definit illesamen:  
Carmis que multis vacuo vix pectora manant,  
Sollicito patrius ritè ministrat amor.  
Non adeò mirum si vos ego pectora toto  
Complector, nam non est genuisse nibil.  
Provida conjunxit soboli natura parentem,  
Atque animos nodo colligat Herculeo.  
Inde mihi tenera est illa indulgentia mentis,  
Vos tam sape meo sueta fovere sinu.  
Inde est vosego quid soleo pavisse placenta,  
Mitia cum pulchris & dare mala pyris.  
Inde quid & Serum textis ornare solebam,  
Quid nunquam patui vos ego fieri pati.  
Sicut enim quam crebra dedit oscula, verbera rara,  
Flagrum pavonis non nisi cauda fuit  
Hinc tamen admovi timideq; & mollier ipsam,  
Ne vibex teneras signet amara nates.  
Ab feras est, dicitq; Pater non ille meretur,  
Qui lacrynas nati non fleat ipse sui  
Nescio quid faciant alii, sed vos bene scitis  
Ingenium quam sit molle pliumq; mihi.  
Semper enim quo, progeni vehementer amavi,  
Et faciliis (debet quod Pater esse) fui.  
At nunc tanta meo moles acrirevit amori,  
Ut mihi jam videar, vos nec amasse prius.  
Hoc faciunt mores puerili etate seniles,  
Artibus hoc faciunt pectora culta bonis:  
Hoc facit eloquo formata gratia lingua,  
Pensiq; tam certo singula verba modo.  
Hes mea tam miro pertentant pectora motu,  
Astringuntq; meis nunc ita pignoribus:  
Ut iam quod genui, quæ patribus unica multis  
Causa est, adfectus sit propè nulla mea.  
Ergo natorum carissima turba meorum,  
Pergite vos vestro conciliare patri.  
Et quibus effectum est vobis virtutibus istud,  
Ut mihi jam videar vos nec amasse prius.  
Efficitote (potestis enim) virtutibus isdem,  
Ut posthac videar vos nec amare modò.

**EXCUSAT, QUOD DUM LOQUE-**  
retur cum eximio quodam Patre, nobilem  
quandam Matronam ingressam thalamum,  
atque aliquandiu colloquentibus illis  
adstantem, non animad-  
verterat.

Quum tua dignata est bonitas me visere nuper.  
Atque humilem, Presul magne, subire casam:  
Interea dum verba seric tam dulcia mecum,  
Penderem ut rultu totus ab ipse tuo:  
Ecce (quod ab milii sero mei retulerem ministri,  
Nempe ubi tor res est acta diebus) heri  
Matrona ingreditur, cultu spectanda superbo,  
Sed quem forma tamen vicit, & hanc probitas:  
Venit in usq; torum, stetit & mihi tempore longo  
Proxima, contingens & cubito cubitum.  
Inspicit antiqua selecta numismata forma,  
Clarag; tam claris gaudet imaginibus.  
Sumere dignatur tenuis bellaria mensa,  
Venit & à dulci dulcior ore sapor.

Nostra nec in tantum vertuntur lumina lumen,  
O mihi plus ipso nate stupore stupor.  
Nunc ignoscó mei quid non monuere ministri,  
Tam stupidum certè nemo putavit herum.  
Oh oculos, longè qui prospexit solebant,  
Si qua refudisset tale puella jubar.  
An sensu? torpentq; meo mihi corpore sensus?  
Surgentis an genus manæ sinistri erat?  
Antu, ne nisi te quicquam sentire valerem,  
Surpueas lepido me mibi colloquio?  
Arte lyraq; feras in se converterat Orpheus,  
In te mellifluis revertor & ipse sonis.  
Sed tuus intentat magnum lepor iste periculum,  
Neglectam sese ne purer illa mihi.  
Hospita ne limis quum tam propè staret, ocellis  
Vidisse, & vijam disimulasse ferar.  
At vel hiluc apius mihi terra dehisceret optem,  
Quam sit in hoc animo tam fera barbaries,  
Ut si quando, leves veluti mibi missa per auras,  
In thalamum penetret candida nymphæ meum,  
Non saltem aspiciam (si pluraliceret negetur)  
Quaq; licet memet candidus insinuem.  
Ut miserum est non posse loqui? nam cuncta facetur,  
Qui sermonis inops nulla negare potest.  
Nunc mihi sermonis quia non est copia Galli,  
Quæ sola est domine patria lingua mea.  
Omnibus absolvat, non excusabimur uni,  
Judice qua, causa statq; caditq; mea.  
Vulnus ab Emonia qui quondam pertulit hastæ,  
Rursus ab Emonia est cuspidæ noctis opem.  
Dedecus hoc lepide quoniam peperere fabella,  
Quum domina & mihi me surripuere tua:  
Dedecus hoc lepida debent purgare fabella,  
Megæ meæ domina conciliare tua.

### VERSUS SUMPTI EX ANTIMORO

Brixii, ad quos alludit Epigramma  
quod subjungitur.

Hac mihi dictanti adstabant diræ auribus  
omnes,  
Et furia infernis concita turba vadis.  
A lecto, & sacrâ caput irretita colubris,  
Tisphone, & terrens ore Megara truci.

### M O R U S.

Brixius audivit postquam id reprehendere multos,  
Quod falsa tantum scriberet.  
Corrigere ut possit vitium hoc, aliquid modo ri-  
sum est,  
Verum quod esset, edere:  
Quod foret indubium, quod verum nemo negaret,  
Authore quanquam Brixio.  
Vix reperit quicquam cui non tamen ipsius omnem  
Eidem elevaret vanitas.  
Ast ubi dispexit, mentemq; per omnia corsit  
Deliberandus diu:  
Unum tandem, omnes una quod voce farentur,  
Omni esse vero verius,  
Invenit, & scribit lepidum lepidissimus omnes  
Cingere caput sibi furias.

## IN CHORDIGERAM NAVEM, ET

Antimorum sylvam Germani

Brixii Galli.

*Brixius en Germania habet sylvamq; ratemque,**Dives opum terra, dives opum pelago.**Utraq; vis illi quid prestat scire? rebuntur**In rate stultitiae, sylvam habitant furiae.*

## IN HUNC HENDECASYLLABUM,

imò tredecim syllabarum versum Ger-

mani Brixii Galli, ex Anti-Moro

sumptum.

*Excusisse, hominumq; in ora protulisse.*

## M O R U S.

*Quod versus adeò faceres enormiter amplos,**Quām nemo antiquis, nemo Poëta novus:**Sape diu mecum miratus querere coepi,**Accidit hoc Bixi qua ratione tibi e**At tandem didici, metiri te tua suetum  
Non numero aut pedibus carmina, sed cubitis.*

## IN IDEM.

*Carmina Germani quod in hendecasyllaba Lector**Syllaba conjecta est terna super decimam,**Da veniam: haud didicit tantum numerare, ut  
ab uno**Ordine perveniat rectus ad undecimum.**Nolo mihi numeret stellas, aut equoris undas,**Criminave (hoc plus est) carminis ipse sui.**Pergama si numeret quot sunt obessa per annos,**Si poterit Musas dinumerare novem,**Octo pedes cancri, septena vel ostia Nili,**Fastrorumve libros qui tibi Naso manent.**Si numeret cœli plagas, Phœbive caballos,**Tres numeret furias, ter tribus ipse furens.**Ipse suos (sed ne certem sine pignore, dura**Si vincar vinci conditione volo :)**Ipse suos oculos (quum sint duo) si numerarit,**Unum ego tunc patiar perterebris ei.*